

S. HEGESIPPUS

NOTITIA

(GALLAND., *Vet. Patrum Biblioth.*, II, Proleg. p. vii.)

- I. *Quis Hegesippus et quantus vir. Ejus solertia in monumentis primævæ antiquitatis conquirendis.*
II. *Actuum ecclesiasticorum commentaria perscripsit. Quanto in pretio habitum ejusmodi opus. Quænam ex eo supersint.*
III. *Hegesippus Ecclesiarum omnium de Christi divinitate consensionis locupletissimus testis. Ipsum in suas partes trahere frustra conantur Unitarii.*

I. Hegesippus, ex circumcissione Christi fidem A
plexus, ἐν Ἑβραίων πεπιστευκῶς, ut visum Eusebio (1), « vicinus apostolicorum temporum, » ex fide Hieronymi (2), sæculo II ineunte natus existimatur. Hic autem *vir antiquus et apostolicus, ἀρχαῖός τε ἀνὴρ καὶ ἀποστολικός* (3), ex Judæa fortasse digressus, longum iter Romani usque suscepisse ex iis quæ de se ipso tradit (4) comperitur. Compluribus itaque provinciis peragratis, cum viris doctrina et pietate præstantibus sermones habuit; ecclesiarum interim origines et episcoporum successiones solerter conquirens. Corinthi dum ageret ubi haud paucos dies commoratus est, de illius Ecclesiæ statu sciscitatus, intellexit Corinthios in recta fide permansisse usque ad Primum ejus urbis episcopum, quocum et familiariter versatus est. Romam deinde contendit; quo cum pervenisset, sedente Aniceto, successione tabulam usque ad ipsum Anicetum confecit; quam deinceps ad Eleutherum usque deduxit successorem Soteris, qui Anicetum decessorem habuerat. In singulis autem episcoporum successionebus, et per singulas urbes, eandem fidem viguisse, eademque mansisse quæ per legem et prophetas et a Domino ipso prædicata fuerant, enarrat.

II. His itaque primævæ antiquitatis præsiidiis instructus Hegesippus, « multisque, » sicut cum Hieronymo loquitur (5), « ad utilitatem legentium pertinentibus hinc inde congregatis, omnes a passione Domini usque ad suam ætatem, ecclesiasticorum actuum texens historias, quinque libros composuit sermone simplici, ut quorum vitam sectabatur, dicendi quoque exprimeret characterem. » — « In quibus quidem, » inquit Eusebius (6), « apostolicæ prædicationis narrationem complexus, luculentissima fidei suæ testimonia nobis reliquit. » Supremum diem obiit Hegesippus, si fides Chronici Paschalis auctoris, quo tempore rerum potiebatur Commodus, Olympiade cccxxxix. Sic enim ille (7):

Ἐπὶ τούτου (Κομμοδῶ) Ἡγήσιππος τελειοῦται, περὶ τῶν ἀποστόλων μεγάλως συγγραψάμενος, ὡς ἱστορεῖ Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου. *Hoc imperante (Commodo), decessit Hegesippus, qui de apostolis eximie scripsit, ut testatur Eusebius Pamphili.* Meminit etiam Hegesippi Sozomenus (8), eumque « virum sapientissimum » appellat, qui ad sua usque tempora Ecclesiæ historiam perduxerit.

Verum magno ecclesiasticæ antiquitatis damno ejus ὑπομνήματα interciderunt, si aliquot præclari operis fragmenta, et quidem illustria, excipias. Sunt autem ejusmodi: I. *De historia martyrii Jacobi, fratris Domini.* II. *De propinguis Salvatoris nostri.* III. *De Symeonis Clopæ filii, Hierosolymorum episcopi, martyrio.* IV. *De tempore quo floruit ipsemet Hegesippus.* V. *De sua profectioe ad urbem Romam, et de sectis Judaicis.* Ea vero primum collegit Halloixius (9), deinde Grabius (10): quos et nos secuti, ex Eusebio, Photio et Syncello protulimus, additis potissimum Valesii V. C. animadversionibus, quibus etiam nonnulla ex aliis subjecimus. Sed ad fragmentum quod attinet, haud omittas velim Dissertationem celeberrimi Antonii Arnaldi cum notis doctissimi Tillemontii margini apposis, quam ad calcem tomi I *Monumentorum ecclesiasticorum* ejusdem Tillemontii legere est.

III. Porro illud observare præstat cum cl. Marano (11), Hegesippum æqualem Irenæo (uterque enim sub Eleuthero scribebat) ecclesiarum omnium de Christi divinitate consensionis testem locupletissimum exstitisse. Ipse namque apud Eusebium (12) testatur « se, cum Romam proficisceretur, plurimos episcopos adiisse, et ab omnibus unam eandemque audivisse doctrinam. » Paucisque interjectis, subdit; Ἐν ἐκάστη δὲ διαδοχῇ, καὶ ἐν ἐκάστη πόλει οὕτως ἔχει, ὡς ὁ νόμος κηρύττει καὶ αἱ προφῆται καὶ ὁ Κύριος. *In singulis autem episcoporum successionebus, et per singulas urbes eadem manent, quæ*

(1) Euseb. *Hist. eccle.* lib. iv, cap. 22.

(2) Hieron. *De vir. illustr.*, capp. 2 et 22.

(3) Steph. Gobar. apud Phot. cod. 232.

(4) Heges. apud Euseb. l. c.

(5) Hieron. l. c.

(6) Euseb. *Hist. eccle.* lib. iv, capp. 8 et 22.

(7) *Chron. Pasch.* pag. 262, al. 210.

(8) Sozom. *Hist. eccl.* lib. i, cap. 1.

(9) Halloix. *Script. Orient.* tom. II, pagg. 705-715.

(10) Grab. *Spicil. SS. PP.* tom. II, pagg. 205-213.

(11) Maran. *Divinit. D. N. J. C.* lib. II, cap. 5, § 3, pag. 231.

(12) Euseb. *Hist. eccle.* lib. iv, cap. 22.

per legem ac prophetas, et a Domino ipso prædicata sunt. Quæ quidem ex eodem Eusebio excerpta, paulo superius nos protulisse meminimus.

Cum itaque res sic se habeat, « luce clarius est, » ait laudatus Maranus, « Hegesippum eodem ac S. Irenæum tempore scribentem, eosdemque refellentem hæreticos, hanc ecclesiarum consensionem non alio quam Irenæum consilio, nec alios in usus prædicare. Repugnat enim ut S. Irenæus fidem in Deum incarnatum toto orbe vigere, iste vero Christum ab omnibus simplicem hominem existimari testetur. Non tamen pudet Unitarios Hegesippum suo gregi ascribere, et consensum Ecclesiæ quem hæreticis Deum incarnatum negantibus objicit, sic interpretari, quasi universa Ecclesia Christum simplicem hominem consensisset. »

Sed orthodoxam tanti Patris doctrinam de Christi divinitate, contra impios conatus strenue tuetur vir doctissimus, ubi « de consensu sectarum cum ecclesiis catholicis, ac primo de Nazaræis » sermonem habet : cujus proinde verba in medium proferre præstat.

• In Nazaræorum secta, inquit (13), Sociniani præsidium causæ suæ constituunt, et Hegesippum quem Eusebius ex circumcisis Christianis fuisse opinatur, patronum sibi asciscunt. Præter auctorem *Irenici Irenicorum*, qui se de Nazaræis et de Hegesippo passim venditat (14), duo ejusdem notæ scriptores apud Bullum citantur (15), qui non Hegesippum solum, sed omnes etiam Orientis et Occidentis Ecclesias, quarum consensum laudat Hegesippus, hæresi suæ ascribunt. Hos more suo compilat auctor *Platonismi detecti* (16). Sic autem apud Bullum (17) auctor libri illius qui *Judicium Patrum* inscribitur, suam et gregalium sententiam exponit. « Primo, » inquit, « Hegesippus fuit ipse Judaico-Christianus, ut Eusebius testatur (18); omnes vero Judaico-Christiani, teste Origene, Ebionitæ fuere. II. Idem Eusebius l. c. dicit Hegesippum usum fuisse S. Matthæi Hebraico Evangelio, quo solo usi sunt Ebionitæ et Unitarii Christiani. III. Hegesippus apud Eusebium ibidem catalogum exhibens hæreticorum qui vel ex Judæis erant, vel inter gentiles exorti sunt, in eo catalogo minime recenset Cerinthianos vel Ebionitas; quod procul dubio fecisset, si Servatoris nostri præexistentiam ac divinitatem ipse credidisset. » His præmissis, sic de omnibus Ecclesiis arbitrium facit : « Ait Hegesippus apud Eusebium (19), se Romam profectum fuisse, atque ibi vixisse sub papis Aniceto, Sotere et Eleuthero, ibique et in aliis omnibus episcopatibus, doctrinas a lege et prophetis atque a Servatore nostro traditas, conservatas fuisse. Verbo, fatetur se invenisse Ecclesias ubique orthodoxas et uniformes. Hoc autem,

si Unitarius fuit Hegesippus (quod me probasse arbitror) nihil aliud significare potest, quam credidisse Ecclesias illas cum Judaico-Christianis, Christum Dominum hominem esse prophetam et legatum Dei, super quem Logos sive divinum Verbum acquievit. »

« Hic operæ pretium est animadvertere quam aperte secum pugnent Sociniani, quam impie in rebus maxime seriis ludificent, dum Hegesippum et laudatum ab eo Ecclesiarum consensum ad usus suos adjungunt. Qui enim id quadrare possit cum eorum principiis? Scribebat Hegesippus sub Eleuthero, quem postremum ex Romanis episcopis recenset, id est annis fere quadraginta, postquam Justinus a quo Platonismum inductum volunt, animum ad religionis defensionem appulerat. Necessè est ergo sanctus martyr operam luserit in docendo Platonismo: jamque alii novitatis auctores querendi, si veritas tanto post in omnibus Ecclesiis summo consensu vigeat. Deinde vero errorem fatentur non subito in Ecclesiam irrupisse, sed quibusdam veluti gradibus obrepentem, sub Victore dominari incæpisse. Sed si sub Eleuthero ne cognitus quidem, sub ejus successore ubique regnavit; non jam leviter insinuatus est, sed potius intra novem annos (amplius enim Victor non sedit) totum orbem terrarum rapido quodam incendio pervasit.

« Sed si hæc de Hegesippi et omnium Ecclesiarum Ebionismo commenta, ne cum Socinianis quidem commentis congruant; multo minus cum ipsius Hegesippi testimonio congruent. Is enim, ut modo observavimus, objiciebat Marcionitis, Valentinianis et aliis hujusmodi hæreticis consensum omnium Ecclesiarum. In quo antea posita erat Ecclesiæ cum his hæresibus controversia? In eo quod mundum hæretici a Filio Dei creatum negarent, eumque in uterum Virginis descendisse et veram carnem assumpsisse. Hunc igitur errorem detestabatur Hegesippus cum omnibus catholicis; et mundum a Filio Dei creatum, veramque carnem ab eodem assumptam credebat; quæ sententia pugnat adversa fronte cum Ebionitarum erroribus.

« Quod autem Evangelium secundum Hebræos ab Hegesippo citatum, et Ebionitas ab eodem in recensendis hæreticis omissos objiciunt; satis est cum erudito Bullo respondere, idem Evangelium a Clemente, Origene et Hieronymo citatum fuisse; Ebionitas pariter a Justino hæreses recensente prætermittos; vel potius et a Justino generatim comprehensos, et ab Hegesippo, dum pseudochristos, pseudoprophetas, pseudoapostolos commemorat (20) His adde, hanc hæresim obscuram admodum et ad paucissimos redactam fuisse, ut mirum non sit eam prætermitti. Erant enim his sæculis de Christi

(13) Maran. l. c. cap. 7, pag. 246, seq.

(14) Zwick. *Iren. Irenic.*, pagg. 73 et 111.

(15) Bull. *Primit. et apostol. Tradit.* cap. 3. pag. 12, seq.

(16) *Platon. dévoil.* part. II, cap. 22.

(17) Bull. l. c., pag. 12, § 2, seqq.

(18) Euseb. *Hist. eccl.* lib. IV, cap. 22.

(19) Euseb. *ibid.*

(20) Heges. apud Euseb. *Hist. eccl.* lib. IV, cap. 22.

carne multo acriores, quam de divinitate controversiæ. »

His ita enarratis, paulo post V. C. disputationem suam de Hegesippo claudit his verbis (21) : « Si Hegesippum Eusebius inter Nazaræos numeravit, ut concludunt Sociniani ex illius verbis (22) : « Ἐκ τε τοῦ καθ' Ἑβραῖους Εὐαγγελίου, καὶ ἰδίως ἐκ τῆς Ἑβραϊδος διαλέκτου τινὰ τ' ἴθυσιν, ἑμφαίτων ἐξ Ἑβραίων ἑαυτὸν πεπιστευκέναι. Nonnulla item ex Hebræorum Evangelio, et ex Hebraica lingua profert

A in medium, satis per hæc aperte significans se ex Hebræis credidisse ; si hæc, inquam, verba valent, ut Eusebius Hegesippum Nazaræum existimaverit ; non dubium quin Nazaræos ab Ebionitis longe discreverit. Eum enim, non secus ac Justinum, inter egregios veritatis patronos numerat (23), qui non solum viva voce, sed etiam scriptis disputationibus adversus impias hæreses decertarunt. » Hactenus cl. Maranus.

SANCTI HEGESIPPI

FRAGMENTA EX QUINQUE LIBRIS.

COMMENTARIORUM ACTUUM ECCLESIASTICORUM.

I.

De historia martyrii Jacobi, fratris Domini, ex libro V. — Apud Eusebium, Hist. eccl. lib. II, cap. 23.

Ecclesiæ administrationem una cum apostolis suscepit Jacobus frater Domini, qui jam inde a Christi temporibus ad nostram usque ætatem Justus cognominatus est. Nam multi quidem eodem nomine Jacobi vocabantur ; sed hic ab ipso matris utero sanctus fuit. Nec vinum unquam bibit, nec siceram ; ab animantium carnibus penitus abstulit ; comam nunquam totondit ; neque ungi, neque lavare balneo corpus unquam solitus. Unus ex omnibus in intimum templi sanctuarium ingrediendi

B Διαδέχεται (24) δὲ τὴν Ἐκκλησίαν μετὰ τῶν ἀποστόλων (25), ὁ ἀδελφὸς τοῦ Κυρίου Ἰάκωβος, ὁ ὀνομασθεὶς ὑπὸ πάντων Δίκαιος (26) ἀπὸ τῶν τοῦ Κυρίου χρόνων μέχρι καὶ ἡμῶν. Ἐπεὶ πολλοὶ Ἰάκωβοι ἐκαλοῦντο· οὗτος δὲ ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ ἅγιος ἦν. Οἶνον καὶ σίκερά οὐκ ἔπιεν, οὐδὲ ἑμφύχον ἔφαγεν· ξυρὸν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ οὐκ ἀνέβη· ἔλαιον οὐκ ἠλείψατο, καὶ βαλανεῖον οὐκ ἐχρήσατο. Τούτῳ μόνῳ ἐξῆν (27) εἰς τὰ ἅγια εἰσεῖναι· οὐδὲ γὰρ ἕρεσὺν ἐφόρει, ἀλλὰ σινδόνος. Καὶ μόνος εἰσήρχετο (28) εἰς τὸν

(21) Maran. l. c., pag. 250.

(22) Euseb. Hist. eccl. lib. IV, cap. 22.

(23) Euseb. *ibid.*, cap. 7.

(24) Διαδέχεται. Fragmentum istud integrum recitat Georgius Syncellus in *Chronograph.* p. 337, velut ex ipso Hegesippo descriptum. Sic enim ibi : Ἡγῆσιππου μαθητοῦ τῶν ἀποστόλων ἐκ τοῦ εἴ ὑπομνήματος περὶ Ἰακώβου τοῦ ἀδελφοθέου.

(25) Μετὰ τῶν ἀποστόλων. Hieronymus in Catalogo hunc locum ita vertit : *Suscepit Ecclesiam Hierosolymæ post apostolos frater Domini Jacobus.* Quasi legeretur μετὰ τοὺς ἀποστόλους. Longe rectius adversarius Hieronymi Rufinus interpretatus est *cum apostolis.* Nam apostoli una cum Jacobo episcopo Hierosolymitanam rexerunt Ecclesiam. Quare perperam Rufinus in cap. 2 hujus libri, Jacobum apostolorum episcopum nominavit. Atqui Clemens, cujus verba illic interpretatur Rufinus, Jacobum non apostolorum, sed Hierosolymorum episcopum factum esse dicit. Porro Rufinus id hausisse videtur ex Clementis *Recognitionibus*, quas vel ipse, vel Paulinus Latine vertit. Nam in lib. II, ejus operis Clemens, Jacobum fratrem Domini, quem ipse archiepiscopum nominat et principem episcoporum, episcopali auctoritate apostolis omnibus præcipientem induxit.

(26) Ὁ ὀνομασθεὶς ὑπὸ πάντων Δίκαιος. Post hæc verba in codice Maz. ac Fuk. apposita est distinctio. Quam quidem interpunctionem secutus videtur Rufinus. Sic enim vertit : « Suscepit Ecclesiam cum apostolis frater Domini Jacobus, qui ab omnibus cognominatus est Justus, ab ipsis Domini temporibus præclarus usque ad nos. » Verum in codice Regio, ac Med., et apud Nicephorum nulla est scripta

C distinctio post vocem Δίκαιος, sed totus locus uno spiritu continuatur hoc modo : Ὁ ὀνομασθεὶς ὑπὸ πάντων Δίκαιος ἀπὸ τῶν τοῦ Κυρίου χρόνων μέχρι καὶ ἡμῶν. Id est : *Qui ab ipsis Christi temporibus usque ad nostram ætatem Justus ab omnibus cognominatus est.* Et hanc quidem distinctionem in interpretatione mea sequi malui, post Musculum et Christophorsonum : quippe quæ certior, et sequentibus Hegesippi verbis magis congruere mihi videretur. Subjicit enim Hegesippus : Ἐπεὶ πολλοὶ Ἰάκωβοι ἐκαλοῦντο, etc. Quæ verba sine dubio referuntur ad ea, quæ præcesserunt : Ὁ ὀνομασθεὶς ὑπὸ πάντων Δίκαιος. Reddit enim rationem Hegesippus, cur Jacobus Justus ab omnibus cognominatus sit. Quippe, inquit, multi fuere Jacobi : sed hic præ cæteris justitia excelluit, ut multis argumentis deinceps probat Hegesippus. Deinde si priorem distinctionem sequamur cum Rufino, falsum erit illud quod sequitur, Jacobum scilicet episcopum a temporibus Domini usque ad Hegesippi ætatem permansisse. Nam Jacobus quidem Justus cæsus est Neronis principatu ; Hegesippus vero Antoninorum temporibus floruit, ut superius observavi.

D (27) Τούτῳ μόνῳ ἐξῆν, etc. Totum hunc Hegesippi locum jam pridem examinavit Scaliger in *Animadversionibus Eusebianis* pag. 178, multaque in eo reprehendit, quæ operæ pretium erit legere. Adde etiam, quæ adversus Scaligeri censuram scripsit Dionysius Petavius in notis ad hæresim 78 Epiphani, et P. Hailloixius in notationibus ad vitam Hegesippi cap. 3.

(28) Καὶ μόνος εἰσήρ. Syncell. καὶ μόνον ὅτε εἰσήρ. Reliqua deinceps omittimus.

ναόν· ἠύρισκετό τε καίμενος ἐπὶ τοῖς γόνασι, καὶ αἰ-
τούμενος ὑπὲρ τοῦ λαοῦ ἄφρων· ὡς ἀπεσκληχέναι
τὰ γόνατα αὐτοῦ διὰ τὴν καμψίαν, διὰ τὸ ἀεὶ κάμπτειν
ἐπὶ γόνα (29) προσκυνούντα τῷ θεῷ, καὶ αἰτεῖσθαι
ἄφρων τῷ λαῷ. Διὰ γὰρ τοῖς ὑπερβολὴν τῆς δικαιο-
σύνης αὐτοῦ ἐκαλεῖτο Δίκαιος καὶ Ὀβλίος (30)· ὁ
ἐστὶν ἑλληνιστὴς περιοχῆ τοῦ λαοῦ καὶ δικαιοσύνης, ὡς
οἱ προφῆται δηλοῦσι περὶ αὐτοῦ. Τινὲς οὖν τῶν ἑπτὰ
αἱρέσεων τῶν ἐν τῷ λαῷ, τῶν προγεγραμμένων μοι (31)
ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν, ἐπονθάνοντο αὐτοῦ, τίς ἡ θύρα
τοῦ Ἰησοῦ (31). Καὶ ἔλεγε τοῦτον εἶναι τὸν Σωτῆρα.
Ἐξ ὧν τινες ἐπίστευσαν, ὅτι Ἰησοῦς ἐστὶν ὁ Χριστός.
Αἱ δὲ αἱρέσεις αἱ προειρημέναι, οὐκ ἐπίστευον οὔτε
ἀνάστασιν (32), οὔτε ἐρχόμενον ἀποδοῦναι ἐκάστη
κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Ὅσοι δὲ καὶ ἐπίστευσαν, διὰ
Ἰακώβου (34). Πολλῶν οὖν καὶ τῶν ἀρχόντων πιστευ-
όντων, ἦν θόρυβος τῶν Ἰουδαίων καὶ Γραμματέων
καὶ Φαρισαίων λεγόντων, ὅτι κινδυνεύει πᾶς ὁ λαὸς
Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν προσδοκᾶν. Ἐλεγον οὖν συνελ-
θόντες τῷ Ἰακώβῳ « Παρακαλοῦμέν σε ἐπίσχεσ τὸν
λαόν, ἐπεὶ ἐπλανήθη εἰς Ἰησοῦν, ὡς αὐτοῦ ὄντος τοῦ
Χριστοῦ. Παρακαλοῦμέν σε πείσαι πάντας τοὺς ἐλ-
θόντας εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ Πάσχα περὶ Ἰησοῦ. Σοὶ
γὰρ πάντες πειθόμεθα· ἡμεῖς γὰρ μαρτυροῦμέν σοι
καὶ πᾶς ὁ λαός, ὅτι δίκαιος εἶ, καὶ ὅτι πρόσωπον οὐ
λαμβάνεις. Πείσον οὖν σὺ τὸν ὄχλον περὶ Ἰησοῦ μὴ
πλανᾶσθαι· καὶ γὰρ πᾶς ὁ λαός καὶ πάντες πειθό-
μεθά σοι. Στήθι οὖν ἐπὶ τὸ πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ, ἵνα
ἄνωθεν ἦς ἐπιφανής, καὶ ἡ εὐαγγελιστὰ σου τὰ ῥήματα
παντὶ τῷ λαῷ διὰ γὰρ τὸ Πάσχα συνεληλύθασιν πᾶ-
σαι αἱ φυλαὶ (35) μετὰ καὶ τῶν ἔθνων (36). » Ἐστη-
σαν οὖν οἱ προειρημένοι Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι
τὸν Ἰακώβου ἐπὶ τὸ πτερύγιον τοῦ ναοῦ, καὶ ἔκρα-

(29) Διὰ τὸ ἀεὶ κάμπτειν ἐπὶ γόνα. Duæ po-
stremæ voces absunt a codice Fuk., et apud Nice-
phorum. Verum in codice Maz. ac Med. totus hic
locus ita legitur: Διὰ τὸ ἀεὶ κάμπτειν προσκυνούντα
τῷ θεῷ τὰ γόνατα.

(30) Ἐκαλεῖτο Δίκαιος καὶ Ὀβλίος. Nicolaus
Fuilerus in lib. iii *Miscellaneous sacredorum*, hunc
locum sic emendat: Ἐκαλεῖτο Σαδδὶκ καὶ Ὀβλίαν,
ὁ ἐστὶν δίκαιος, καὶ περιοχῆ τοῦ λαοῦ. Quam doctis-
simi viri emendationem libenter amplector. Tamen
cum Eriphanus in hæresi 78, et Jovius monachus,
quem vulgo male Jobium vocant, Jacobum Obliam
dictum esse testentur, retinenda est vulgaris lectio;
maxime cum Ophlias Hebraice arcem populi signi-
ficet. Sed et Rufinus atque Nicephorus vulgatam
lectionem tuentur.

(31) Τῶν ἑπτὰ αἱρέσεων... τῶν προγεγραμμένων
μοι. Locus Hegesippi, in quo de septem Judaici po-
puli sectis se scripsisse testatur, exstat in libro iv
Eusebii nostri, cap. 22. Ad quem locum, Deo ju-
vante, plura dicturi sumus de septem illis sectis.

(32) Τίς ἡ θύρα τοῦ Ἰησοῦ. Ostium hoc loco est
introductio, seu institutio atque initiatio. Ostium
igitur Christi nihil est aliud, quam fides in Deum
Patrem, et in Filium, ac Spiritum sanctum. De hoc
ostio dicitur in Psalmis: *Hæc est porta Domini, et
justi intrabunt per eam*, ut explicat Clemens in libro
vi *Στρωματέων*. Et ostium quidem Joannis Baptistæ
erat pœnitentia; Christi vero ostium est remissio
peccatorum, quæ fit per baptismum.

(33) Οὐκ ἐπίστευον οὔτε ἀνάστασιν. Male Rufinus,
eumque secutus Christophorus vertit, *non
crediderunt*, quasi legeretur, οὐκ ἐπίστευσαν. Longe

A jus, facultatemque habebat. Neque enim lanicio,
sed linea tantum veste utebatur. In templum solus
intrare, atque ibi genibus flexis pro peccatis populi
supplex Deum orare consueverat; adeo ut genua
ipsius instar cameli occalluerint, dum assidue Deum
venerans, et pro salute populi vota faciens humi
sterneretur. Hic ergo ob singularem justitiam co-
gnominatus est Justus, et Oblias; quod Latine mu-
nimentum populi, et justitiam significat, quemad-
modum etiam prophetæ de eo prædixerunt. Quidam
autem ex septem sectis, quæ apud Judæos erant,
de quibus in superioribus libris scripsisse memi-
nimus, interrogarunt eum, quodnam esset ostium
Jesu. Quibus ille Jesum esse Servatorem respondit.
His auditis; nonnulli eorum Jesum revera Christum
esse crediderunt. Suprascriptæ vero sectæ nec re-
surrectionem, nec futurum Christi adventum, ut
unicuique pro meritis mercedem tribuat, credebant.
Quotquot vero ex iis crediderunt, Jacobi opera ac
ministerio utique crediderunt. Cum ergo multi ex
ipsis etiam primoribus crederent, tumultuari cœpe-
runt Judæi, et Scribæ ac Pharisæi; eo jam ventum
esse clamantes, ut prope omnis populus Jesum
Christum expectaret. Proinde in unum congregati
Jacobum adeunt, hisque eum verbis compellant:
« Hortamur te, inquit, ut populi errorem compri-
mas, qui falsam de Jesu opinionem imbibit, perinde
quasi Christus esset. Persuade igitur omnibus, qui
festo Paschæ die huc conveniunt, ut de Jesu recte
sentiant. Tibi enim omnes fidem habemus; et cum
universo populo hoc tibi testimonium perhibemus,
justissimum te virum esse, nec ullum apud te per-
sonarum discrimen valere. Proinde plebi persuade,

melius Musculus vertit, *non credunt*. Nam Græca
vox hanc habet significationem. Falsum tamen est,
eas sectas non credisse resurrectionem. Nam
Pharisæi eam credebant.

(34) Ὅσοι δὲ καὶ ἐπίστευσαν, διὰ Ἰακώβου.
Vox ἐπίστευσαν iterum repetenda est; quod virgula
illa, quæ in manuscriptis etiam codicibus appicta
est, satis declarat. In vetustissimo codice Mazarine
post ἐπίστευσαν punctum ascriptum est ad pedes
litteræ, quod virgulæ nostræ respondet; et Græce
quidem vocatur ὑποστιγματή, a Latinis autem subdi-
stinctio.

(35) Πᾶσαι αἱ φυλαί. Hæc item immerito carpit
Scaliger, scribens « duas tantum tunc tribus fuisse,
Benjamin et Juda. » Sed, ut recte monet Græbius,
quo modo Hegesippus, eo item Paulus apostolus
loquitur Act. xxvi, 7, memorans *duodecim tribus
nocte ac die deservientes in spem repromissionis fa-
ctam a Deo*. Sanctus quoque Jacobus suam inscribit
Epistolam *duodecim tribubus quæ sunt in dispersione*,
i, 1. Videsis in hanc sententiam, Calmeti disserta-
tionem ad Ezechielem, *De reditu decem tribuum*.

(36) Μετὰ καὶ τῶν ἔθνων. Merito Scaligerum hic
reprehendit Dionysius Petavius, quod negasset,
licuisse ulli gentili interesse festis diebus Judæorum
Nam præter locum illum, quem citat Petavius ex
Evangelio Joannis cap. xii, plurima suppetunt Jo-
sephi testimonia, e quibus discimus, gentiles azy-
morum solemnitati sæpius interfuisse. Certe Vitel-
lius legatus Syriæ festo Paschæ ingressus est Hiero-
solyma, et a Judæis honorifice exceptus, ut legitur
in lib. xviii *Originum Judaicarum*, cap. 6. Idem de
Quadrato legato Syriæ in lib. xx scribit.

ne circa Jesum deinceps aberret; nam et universus populus, et nos libenter tibi obtemperamus. Ascende igitur in fastigium templi, ut in sublimi loco positus, ab omnibus conspici et exaudiri facile possis; nam Paschalis solemnitatis gratia, cunctio Judæorum tribus, et ex gentibus non pauci huc conveniunt. » Posthæc supradicti Scribæ et Pharisæi cum Jacobum in fastigio templi collocassent, contenta voce sic eum alloqui cœperunt: « O Juste, cui nos omnes fidem adhibere par est, quandoquidem populus omnis errat, Jesum sectans crucifixum, doce nos, quod sit ostium Jesu suffixi cruci. » Tunc Jacobus edita voce iis respondit: « Quid me, inquit, interrogatis de Jesu filio hominis? Ipse sedet in cælo a dextris summæ virtutis, et venturus est in nubibus cæli. » Cumque multi hoc Jacobi testimonio confirmati glorificarent Jesum, dicentes: « Osanna filio David, » tunc iidem Scribæ ac Pharisæi inter se collocuti: « Male, inquit, fecimus, qui tanto, testimonio Jesum ornaverimus. Verum ascendamus, eumque præcipientem dejiciamus, ut cæteri conterriti fidem illi habere desinant. » Conclamare deinde cœperunt, ac dicere: « O o, ipse etiam Justus erravit. » Et impleta sunt ea, quæ apud Isaiam scripta sunt: *Tollamus e medio justum, quia molestus est nobis; propterea*

(37) Ἡ θύρα τοῦ Ἰησοῦ. Observat Pearsonius *Vindic. epist. Ignat. part. II, p. 153*, Christum ipsum dixisse Joan. x, 9: Ἐγὼ εἰμι ἡ θύρα: quod sane dictum apostolicis temporibus maxime fuisse de Christo usurpatum, ex hoc Hegesippi loco aperte colligitur.

(38) Καὶ λεγόντων Ὡσαννά τῷ υἱῷ Δαβὶδ. Scaliger in *Ani-madversionibus Eusebianis* hæc de Jacobo dicta esse existimavit; cui in eo quidem facile assentior. Sed quod negat idem Scaliger Jacobum filium David dici potuisse, in hoc graviter hallucinatur. Fuit enim Jacobus filius Josephi, ac proinde oriundus ex stirpe David. Porro verissimum est, quod ait Scaliger, eos qui Osanna acclamabant, palmas manibus gestare debuisse; cujus rei illustre exemplum est in *Itinerario Hierosolymitano* Antonini monachi pag. 30. Ex quo discimus, morem olim fuisse Christianorum, ut episcopis ac presbyteris advenientibus obviam procedentes honoris causa, acclamarent Osanna: « Ibi venerunt mulieres in occursum nobis cum infantibus, palmas in manibus tenentes, et ampullas cum rosaceo oleo: et prostratæ pedibus nostris, plantas nostras ungebant, cantabantque lingua Ægyptiaca psallentes antiphonam: *Benedicti vos a Domino benedictusque adventus vester, Osanna in excelsts.* » Idem testatur etiam Hieronymus in cap. XXI Matthæi: « Videant ergo episcopi, et quantumlibet sancti homines, cum quanto periculo dici ista sibi patiantur; si Domino, cui vere hoc dicebatur (quia necdum erat solida credentium fides) pro crimine impingitur. » Cæterum voces illas *Osanna filio David*, quas a quibusdam Judæis acclamas tunc fuisse dicit Hegesippus, non immerito quis existimet de Christo potius, quam de Jacobo, intelligi oportere. Nam cum Jacobus in fastigio templi positus, Jesum revera Christum esse, ac Redemptorem generis humani prædicasset; Judæi quidam Christi fidem amplectentes, acclamare cœperunt *Osanna filio David*, id est, Jesu Christo palma et victoria.

(39) Ὡσαννά. In omnibus nostris exemplaribus duo sunt vocabula ὡς ἀννά. Ita etiam apud Hieronymum in Interpretatione nominum Hebraicorum: « *Osanna; salvifica*, quod Græce dicitur ὡς ἀννά.

ἄξαν αὐτῷ καὶ εἶπον: « Δίκαιε, ᾧ πάντες πεθεσθαι ὀφείλομεν, ἐπεὶ ὁ λαὸς πλανᾶται ὀπίσω Ἰησοῦ τοῦ σταυρωθέντος, ἀπόγγελλον ἡμῖν τίς ἡ θύρα τοῦ Ἰησοῦ (37) τοῦ σταυρωθέντος. » Καὶ ἀπεκρίνατο φωνῇ μεγάλῃ: « Τί με ἐπερωτᾶτε περὶ Ἰησοῦ τοῦ υἱοῦ ἀνθρώπου; Καὶ αὐτὸς κάθηται ἐν τῷ οὐρανῷ ἐκ δεξιῶν τῆς μεγάλης δυνάμεως, καὶ μέλλει ἔργεσθαι ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ. » Καὶ πολλῶν πληροφορηθέντων, καὶ δοξαζόντων ἐπὶ τῇ μαρτυρίᾳ τοῦ Ἰακώβου, καὶ (38) λεγόντων Ὡσαννά (39) τῷ υἱῷ Δαβὶδ, τότε πάλιν οἱ αὐτοὶ Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι πρὸς ἀλλήλους ἔλεγον. « Κακῶς ἐποιήσαμεν τοιαύτην μαρτυρίαν παρασχόντες τῷ Ἰησοῦ (40). Ἀλλὰ ἀναβάντες, καταβάλωμεν αὐτὸν, ἵνα φοβηθέντες μὴ πιστεύσωσιν αὐτῷ. » Καὶ ἔκραζαν λέγοντες. « Ὡ ὦ, καὶ ὁ Δίκαιος ἐπλανήθη. » Καὶ ἐπλήρωσαν τὴν Γραφὴν τὴν ἐν τῷ Ἠσαίᾳ (41) γεγραμμένην: Ἄρωμεν (42) τὸν δίκαιον, ὅτι δύσρηστος ἡμῖν ἐστὶ: τοίνυν τὰ γεννήματα τῶν ἔργων αὐτῶν φάγονται. Ἀναβάντες οὖν κατέβαλον τὸν Δίκαιον, καὶ ἔλεγον ἀλλήλοις. « Αἰθάσωμεν Ἰακώβου τὸν Δίκαιον. » Καὶ ἤρξαντο λιθάζειν αὐτὸν, ἐπεὶ καταβληθεὶς οὐκ ἀπέθανεν, ἀλλὰ στραφεὶς ἔθηκε τὰ γόνατα λέγων: « Παρακαλῶ, Κύριε Θεὲ Πάτερ, ἄφες αὐτοῖς: οὐ γὰρ οἶδασιν τί ποιοῦσιν. » Οὕτω δὲ καταλιθοβολούντων αὐτὸν, εἰς τῶν ἱερῶν τῶν υἱῶν Ἰησοῦ

Utrumque autem nomen per extensam litteram legendum. » Id est, *Osanna* tam in Hebræa, quam in Græca lingua primam syllabam producit. Isidorus quoque in libro vi *Originum*, *Osanna* ex duobus vocabulis *Osi* et *Anna* compositum esse testatur, elisa scilicet una littera, sicut in versibus cum scandimus. « *Osi* enim *salvifica* interpretatur: *Anna* interjectio est, motum animi significans sub deprecantis affectu. » Quæ Isidori verba desumpta sunt ex Hieronymi epistola 145, *ad Damasum*. Eadem fere habet Augustinus in lib. *De doctrina Chr.* cap. 11.

(40) Τῷ Ἰησοῦ. Græbius conjicit legendum τῷ Ἰακώβῳ, vel τῷ Ἰησοῦ μαθητῇ. Sed frustra. Videtur enim Hegesippus id innuere, questos nimirum fuisse Pharisæos, quod ipsemet *effecerint*, vel ansam *præbuerint* Jacobo, ut adeo illustre testimonium Jesu Christo perhiberet; quo quidem testimonio plures e populo permoti et confirmati, eundem Salvatorem glorificarunt. Hoc sensu accipiendam puto vocem παρασχόντες.

(41) Ἐν τῷ Ἠσαίᾳ. Memoria lapsum esse Hegesippum affirmat Scaliger; neque enim hunc locum apud Isaiam exstare, sed in libro qui inscribitur *Sapientia Salomonis* cap. II. Sed fallitur ipsemet Scaliger qui Hegesippum temere reprehendit. *Revera* enim hic locus legitur in Isaiâ cap. III: Δύσωμεν τὸν δίκαιον ὅτι δύσρηστος ἡμῖν ἐστὶ: τοίνυν τὰ γεννήματα τῶν ἔργων αὐτῶν φάγονται. Ita quidem legitur in editione Romana. Verum Justinus in *Dialogo* adversus Tryphonem disertè testatur in editione LXX interpretum scriptum fuisse ἄρωμεν τὸν δίκαιον, pro quo Judaici interpretes δύσωμεν verterant. Justini lectionem confirmat etiam Tertullianus in lib. III *contra Marcionem*, cap. 22: « Venite, inquit, auferamus Justum, quia inutilis est nobis. » Sed et in eo fallitur, quod apud Rufinum pro Isaiâ Jeremiani scribi dicit. Porro Hegesippus hunc Isaiæ locum quem dixi, in mente habuit paulo supra, cum diceret Jacobum a prophetis Justum esse appellatum: ἐκαλεῖτο Δίκαιος ὡς οἱ προφηταὶ δηλοῦσι περὶ αὐτοῦ.

(42) Ἄρωμεν, κ. τ. λ. Locus exstat Isaiâ III, 10. Vide Justinum *Dial. cum Tryphone* n. 17, 133, 136. Sed in primis n. 137 quo hic respexit Valesius.

υἱοῦ Ῥαχαβείμ (43) τῶν μαρτυρουμένων ὑπὸ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου, ἔκραξεν λέγων· « Παύσασθε, τί ποιεῖτε (44) ; Εὐχεται ὑπὲρ ἡμῶν ὁ Δίκαιος. » Καὶ λαβῶν τις ἀπ' αὐτῶν εἰς τῶν γραφείων τὸ ξύλον (45) ἐν ᾧ ἀπεπίεξε τὰ ἱμάτια (46), ἤνεγκε κατὰ τῆς κεφαλῆς τοῦ Δικαίου. Καὶ οὕτως ἐμαρτύρησεν· καὶ ἔθαψεν αὐτὸν ἐν τῷ τόπῳ (47), καὶ ἔτι αὐτοῦ ἡ στήλη μένει παρὰ τῷ ναῷ (48). Μάρτυς οὗτος ἀληθῆς Ἰουδαίους τε καὶ Ἑλλήσι γαγνήται, ὅτι Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ἐστίν. Καὶ εὐθὺς Οὐεσπασιανὸς πολιορκεῖ τὴν Ἰουδαίαν, αἰχμαλωτίσας αὐτούς (49).

unus ex iis, fullo, arrepto fuste, quo vestes exprimere solebat, caput Iusti percussit. Atque ita felici martyria vitam finiit; sepultus est eodem in loco, manetque adhuc cippus illius prope templum. Hic Jacobus, tam Judæis, tum Græcis locuples fuit testis, Iesum vere Christum fuisse. Nec multo post obsidio Vespasiani, et Judæorum captivitas subsequuta est.

II.

De propinquis Salvatoris nostri. — Apud eundem Eusebium. Hist. eccl. lib. iii, cap. 20.

Ἐπι δὲ περιῆσαν οἱ ἀπὸ γένους τοῦ Κυρίου υἱωνοί.

(43) υἱοῦ Ῥαχαβείμ. Merito Nicephorus hæc duo vocabula expunxit, ut jampridem notavit Scaliger, tum in *Anidmaversionibus Eusebianis*, tum in *Elencho Trihæresii*. cap. 25. Sed tamen cum apud Rufinum legantur, et in omnibus nostris exemplaribus exstant, ferri commode possunt. Ac si rem attentius expendamus, non sunt tam inepta atque insulsa, ut putavit Scaliger. Εἰς τῶν ἱερέων τῶν υἱῶν Ῥαχάβ υἱοῦ Ῥαχάβείμ, *Unus ex sacerdotibus de filiis Rechab filii Rechabim* Idem enim est, ac si diceret: Unus ex sacerdotibus, filius Rechab de genere Rechabitarum: quæ postrema verba consulte addita sunt, ut Rechab pater illius sacerdotis, ab aliis Rechab distingueretur. Plures enim eodem nomine appellabantur Rechab; verum hic de quo loquitur Hegesippus, erat ex stirpe Rechabitarum illorum, de quibus locutus est Jeremias (cap. xxxv).

(44) Παύσασθε, τί ποιεῖτε. Epiphanius in hæresi 78, non a Rechabita sacerdote hæc dicta esse scribit, sed a Symeone Cloræ filio, qui Jacobi Iusti frater patruelis erat.

(45) Λαβῶν τις ἀπ' αὐτῶν εἰς τῶν γραφείων τὸ ξύλον. Hæc verba duobus modis construi possunt; nempe hoc modo: εἰς τις ἀπ' αὐτῶν, λαβῶν τὸ τῶν γραφείων ξύλον, id est, unus ex illis arrepta fullonis vecte. Aut in hunc modum: Τίς ἀπ' αὐτῶν, εἰς τῶν γραφείων, λαβῶν τὸ ξύλον. Quam distinctionem secutus est Rufinus, ita enim vertit: « Et unus ex ipsis fullo, arrepto fuste in quo vestes exprimere solent. » Neque aliter cæteri interpretes. Atque hunc sensum confirmat Clemens Alexandrinus in lib. vii *Hypotyposeon*. ubi Jacobum a fullone interemptum esse scribit. Verba Clementis habentur supra in cap. 1 hujus libri. Apollonius Collatius in lib. 1 *De excidio Hierosol.* Jacobum non fullonis vecte, sed securi percussum interiisse scribit.

(46) Τὸ ξύλον ἐν ᾧ ἀπεπίεξε τὰ ἱμάτια. Hieronymus in libro *De scriptoribus ecclesiasticis* hunc locum ita expressit: *Fullonis fuste, quo uda vestimenta extorqueri solent, in cerebro percussus interiit.* Hieronymi verba Græce ita vertit Sophronius: Τῷ τε γυναικῷ πολλῶν ᾧ τὰ ἱμάτια ἐκπίεζεν εὐώχσει. Masculus quidem Eusebii locum ita vertit: *Unus ex fullonibus arrepto instrumento, quo vestimenta excutiant ac purgant.* Langus vero Nicephori interpretis sic reddidit: *Et fullonum quidam ligno, quo vestes complanabat, arrepto.* Mihi quidem magis placet Rufini et Christophoroni expositio, qui vestes premere, seu exprimere interpretati sunt. Id enim significat vox πίεζεν, ex qua fit πιαστήριον, quod est Latine pressorium, seu prelum. Duplex fuit fullo-

A fructum operum suorum manducabunt. Mox ergo concipientes, eum præcipitem egerunt, et inter se dixerunt: « Lapidemus Jacobum justum. » Cæperunt igitur lapidibus eum impetere; quoniam præcipitatus non statim mortem obierat, sed conversus flexis genibus orabat dicens: « Domine et Deus Pater, rogo ut ignoscas illis, quia nesciunt quid faciunt. » Cumque hominem saxis obruerunt, unus e sacerdotibus ex filiis Rechab filii Rechabim, qui Jeremiæ suffragio commendati sunt, contenta voce: « Parcite, inquit, quid facitis? Justus orat pro nobis. » Interim

num officium. Nam et maculas eluebant e vestibus; et eas dealbabant, ac splendorem iis conciliabant; utebantur autem ad id pressoriis seu prelis, ut notavi ad lib. xxviii Amm. Marcellini pag. 366. Porro in manuscriptis nostris Maz., Med., ac Fuketii scriptum est ἀπυπίεξε.

(47) Ἐθαψεν αὐτὸν ἐν τῷ τόπῳ. Ita quidem codex Regius, quem secutus est Stephanus. Verum reliqui tres, Maz. scilicet, Med. ac Fuketii, aliquot vocalis auctiores sunt hoc modo: Καὶ ἔθαψεν αὐτὸν ἐπὶ τῷ τόπῳ παρὰ τῷ ναῷ. Quam quidem lectionem confirmat Nicephorus, ac Rufinus.

(48) Ἐπι αὐτοῦ ἡ στήλη μένει παρὰ τῷ ναῷ. Quomodo fieri potest, ut hic cippus (id enim significat στήλη, ut supra notavimus) et Jacobi sepulcrum adhuc permanserit post urbem a Romanis excisam? Sed neque verisimile est, quod ait Hegesippus, Jacobum juxta templum sepultum fuisse. Nam Judæi extra urbem corpora condebant, ut colligere est tum ex *Evangelio*, tum ex sepulcro Helenæ Adiabænorum reginæ, de quo superius locuti sumus. Merito igitur Rufinus totam hanc pericopen in versione sua prætermisit. Hieronymus vero in libro *De scriptoribus ecclesiasticis*, cujus maxima pars ex *Historia ecclesiastica* Eusebii nostri desumpta est, hæc Hegesippi verba interpretans ita emolivil: *Titulum usque ad obsidionem Titi, et ultimam Adriani, notissimum habuit.* Ubi tamen illud probare non possum, quod de ultima Adriani obsidione dicit. Nam in eo secutus est errorem Eusebii, quem jampridem alii confularunt. Porro Hieronymus titulum dixit, pro eo quod in Græco est στήλη. Eodem sensu στήλη dicitur in lib. II Regum, cap. xviii, ubi vetus interpretis *titulum* vertit. Ad quam vocem in vetustissimo codice Mazarino hoc scholion scriptum inveni: Ἰστέον ὅτι ἡ στήλη αὕτη λίθος ἦν ἀμωρεος, ἐπιγραφὴν ἔχων τὸ ὄνομα τοῦ τετραμμένου Ἰακώβου. Ἐξ οὗ καὶ ἔτι νῦν οἱ Χριστιανοὶ ἐν τοῖς μνήμασιν αὐτῶν λίθους ἰστέσιν, καὶ ἡ γράμματα ἐν αὐτοῖς γράφουσιν, ἢ τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ ἐγγράπτουσιν. « Scendum est columnam hanc nihil aliud fuisse, quam lapidem informem, in quo nomen Jacobi illic sepulti erat incisum. Unde et Christiani in sepulcris suis etiamnum lapides statuunt: in quibus aut litteras inscribere, aut crucis figuram insculpere consueverunt.

(49) Πολιορκεῖ τὴν Ἰουδαίαν αἰχμαλωτίσας αὐτούς. Ita quidem codex Regius. Verum tres reliqui Maz., Med., Fuk. voces illas τὴν Ἰουδαίαν αἰχμαλωτίσας non agnoscunt. Ac meo quidem iudicio prorsus superflue sunt, et insulsæ. Neque enim Græce dici potest πολιορκεῖν τὴν Ἰουδαίαν, cum id

His temporibus adhuc supererant quidem ex con-

num officium. Nam et maculas eluebant e vestibus; et eas dealbabant, ac splendorem iis conciliabant; utebantur autem ad id pressoriis seu prelis, ut notavi ad lib. xxviii Amm. Marcellini pag. 366. Porro in manuscriptis nostris Maz., Med., ac Fuketii scriptum est ἀπυπίεξε.

gnatione Christi, nepotes Judæ illius, qui secundum carnem frater Christi vocabatur. Hos a nonnullis delatos, quod ex regia Davidis stirpe prognati essent, Evocatus ad Domitianum Cæsarem perduxit. Quippe Domitianus de adventu Christi, perinde ac Herodes, sibi metuebat. Interrogati igitur ab illo, utrum ex stirpe Davidis essent oriundi, id verissimum esse confessi sunt. Deinde sciscitatus est ex illis Domitianus, quantas possessiones, quantumve pecuniæ haberent Illi vero novem tantummodo denariorum millia sibi ambobus suppetere dixerunt, quorum dimidia pars singulis competeret; eas vero facultates nequaquam se in argento habere, sed in æstimatione agrorum, novem scilicet ac triginta soli jugerum, ex quorum fructibus et tributa persolverent, et sibi ipsis non sine proprio labore victum compararent. Simulque manus ostendere cœperunt, duritiem cutis, impressumque alte manibus callum ex laboris assiduitate, in testimonium operis sui proferentes. Postremo interrogati de Christo et de regno illius, cujusmodi id esset, et quando, quibusve in locis appariturum, responderunt, non hujus mundi, nec terrarum imperium illud esse; sed angelicum et cœleste, quod in fine sæculorum futurum esset, tunc cum Christus adveniens cum gloria, vivos simul et mortuos judicabit, et unicuique opus verbum de urbibus dicatur, non autem de gentibus. Rufinus quoque et Nicephorus eas voces non habent.

(50) Ἰωνοὶ Ἰούδα. In codice Regio, ac Med. et apud Georgium Syncellum legitur ὁῶν Ἰούδα levi discrimine. Cæterum miror Scaligerum, qui in *Anidmaversionibus Eusebianis* pag. 187, tam Eusebium, quam Hegesippum immerito reprehendit. Nam neque Hegesippus posteritatem Davidis ad duos tantum homines tunc esse redactam dixit, ut falso ei objicit Scaliger; sed posteritatem Judæ, qui erat frater Domini: nec Eusebius Hegesippi verba aliter accepit. Certe Hegesippus diserte testatur, Symeonem Clopæ filium, qui tunc erat episcopus Hierosolymorum, ortum fuisse ex gente Davidica. Verba ejus habes infra cap. 32. Itaque nec Hegesippus erravit, nec Eusebius. Ipse potius Scaliger reprehendendus est, qui adversus auctoritatem Hegesippi, vetustissimi scriptoris, et apostolicis temporibus proximi, obstinate contendit, nullum unquam Judam fratrem Domini exstitisse. Sed contra est Epiphanius in hæresi 78, qui Josephum ex priore conjugio quatuor ait suscepisse liberos, Jacobum, Symeonem, Josetem, et Judam, cui consentit Hippolytus Portuensis episcopus apud Nicephorum in libro II, cap. 3, nisi quod pro Symeone Simonem dicit, rectius, ut supra notavi; et filias aliter nominat. His accedit Hieronymus in libro *Adversus Helvidium*. Dicet fortasse aliquis id, quod a Scaligero dictum est, nullam in Evangelio mentionem ejus Judæ fieri Imo vero Matthæus in cap. XII, de illo sic loquitur; *Nonne mater ejus dicitur Maria; et fratres ejus Jacobus, Joseph, Simon, et Judas?* Idem legitur in Marci c. VI. Vides, ut Scaliger nimio reprehendendi studio abreptus, merito ipse in reprehensionem incurrit. Porro hic Judas uxorem a nonnullis dicitur habuisse Mariam, teste Nicephoro in lib. I, cap. 33. Ex hac igitur liberos suscepit, a quibus propagati sunt *δωσπύσσοι*, de quibus Africanus in *Epistola ad Aristidem*. Hos porro Scaligeri errores jamdudum reprehendit P. Halloixius in notationibus ad Vitam Hegesippi; quod quidem serius, et absolutis jam anidmaversionibus meis didici.

A Ἰούδα (59), τοῦ κατὰ σάρκα λεγομένου αὐτοῦ ἀδελφοῦ, οὗς ἐδηλατώρευταν, ὡς ἐκ γένους ὄντας Δαβίδ. Τούτους δ' ὁ Ἰουοκάτος (51) ἤγαγε πρὸς Δομετιανὸν Καίσαρα. Ἐφοβεῖτο γὰρ τὴν παρουσίαν τοῦ Χριστοῦ ὡς καὶ Ἡρώδης. Καὶ ἐπηρώσησεν αὐτοὺς εἰ ἐκ Δαβίδ εἴσι καὶ ὁμολόγησαν. Τότε ἠρώτησεν αὐτοὺς πόσας κτήσεις ἔχουσιν, ἢ πόσων χρημάτων κυριεύουσιν. Οἱ δὲ εἶπον ἀμφότεροι, ἑνακισχίλια δηνάρια ὑπάρχειν αὐτοῖς μόνα, ἐκάστη αὐτῶν ἀνέκοντος τοῦ ἡμίσεως καὶ ταῦτα οὐκ ἐν ἀργυρίοις ἔφασκον εἶναι, ἀλλ' ἐν διατιμήσει γῆς πλέθρων τριάκοντα ἑννέα μόνων ἐξ ὧν καὶ τοὺς φόρους ἀναφέρειν (52), καὶ αὐτοὺς αὐτουργοῦντας διατρέφεσθαι. Εἶτα δὲ καὶ τὰς χεῖρας τὰς ἐαυτῶν ἐπίδεικνύοναι, μακτόριον τῆς αὐτουργίας τὴν τοῦ σώματος σκληρίαν, καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς συνεχοῦς ἐργασίας ἐναποτυπωθέντας ἐπὶ τῶν ἰδίων χειρῶν τόλους (53) παριστάντας. Ἐρωτηθέντας δὲ περὶ τοῦ Χριστοῦ καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ, ὁποῖα τις εἶη καὶ τότε καὶ κατ' ἐφανησομένη, λόγον δοῦναι, ὡς οὐ κοσμικὴ μὲν οὐδ' ἐπίγειος, ἐπουράνιος δὲ καὶ ἀγγελικὴ τυγχάνει, ἐοῖ συντελεῖα τοῦ αἰῶνος γενησομένη, ὁπηνίκα ἐλθὼν ἐν ὀδῆ κρινεῖ ζῶντας (54) καὶ νεκροὺς, καὶ ἀποδώσει ἐκάστῳ κατὰ τὰ ἐπιτηδεύματα αὐτοῦ. Ἐφ' οἷς μηδὲν αὐτῶν κατεγνωκότα τὸν Δομετιανὸν, ἀλλὰ καὶ ὡς εὐτελῶν καταφρονήσαντα, ἐλεύθερους μὲν αὐτοὺς ἀνεῖναι, καταπαῦσαι

(51) Ὁ Ἰουοκάτος. Sic ex codice Medicæo edidit Rob. Stephanus. In codice Regio scriptum inveni ὁ Ἰουοκάτος, quod monuerat etiam idem Stephanus in variis lectionibus, quas ad calcem editionis suæ conjecit. In Chronico Georgii Syncelli legitur, ὁ Ἰουοκάτος. Nos ex tribus nostris codicibus Maz., Fuk. et Saviliano, veram hujus loci scripturam restituumus, τούτους δ' ὁ Ἰουοκάτος ἤγαγε. Confirmat hanc lectionem Nicephorus, et Rufinus. Nam in Rufino quidem dicitur Revocatus: *Hos Revocatus quidam nomine, qui ad hoc missus fuerat, perduxit ad Domitianum.* Nicephorus vero in lib. III, cap. 10, scriptum habet, ὁ Ἰουοκάτος. Qui sint evocati, notum est ex Dione; milites scilicet honoratioris loci, qui confectis jam stipendiis dimissi, ad militiam evocabantur a principe. Horum mentio fit in vetustis inscriptionibus, EVOK. AUG., id est Evocatus Augusti. Ne quis autem miretur, Hegesippum Græcum scriptorem, Romano vocabulo usum fuisse. Non id novum, aut infrequens Hegesippo, quippe qui δηλατωρεύειν, et δηνάρια usurpat in hac narratione, quam præ manibus habemus, et plebeio sermone utitur.

(52) Ἐξ ὧν καὶ τοὺς φόρους ἀναφέρειν. Male Christophorus verit *vectigalia*, quasi vectigalia agrorum solverentur. Atqui φόροι tributa sunt, quæ ex agris solvebantur, atque in ipsis speciebus fere pendebantur, id est in tritico, hordeo, vino et similibus, ut patet ex codice Theodosiano. Vectigalia vero sunt, quæ Græce dicuntur τέλη, quæ a publicanis conducebantur, et exigebantur; cum tributa a susceptoribus, vel ab apparitoribus præsidum ac præfectorum exigere solerent.

(53) Τόλους. Cum initio vertissem *callos*, dubitare postea cœpi, an callus masculino genere diceretur. Tandem vero callos a Rufino dici comperi in lib. II, ubi de morte Jacobi fratris Domini.

(54) Κρινεῖ ζῶντας. In codice Maz., Med. ac Fuk., necnon apud Nicephorum legitur κρινεῖεν. Sed et codex Reg. ita diserte scriptum habet. Quare mendum est typographicum, quod in Rob. Stephani editionem irrepsit.

ὁ δὲ διὰ προστάγματος τὸν κατὰ τῆς Ἐκκλησίας διω-
γμὸν. Τοὺς δὲ ἀπολυθέντας, ἠγγίσασθαι τῶν ἐκκλη-
σιῶν, ὡς ἂν δὴ μάρτυρας ὁμοῦ καὶ ἀπὸ γένους ὄντας
τοῦ Κυρίου· γενομένης τε εἰρήνης, μέχρι Τραϊανοῦ
παραμείναι αὐτοὺς τῷ βίῳ.

dimissos ecclesiis posthac præfuisse narrant, utpote
demum Ecclesiæ reddita, ad Trajani usque tempora

rum suorum mercedem tribuet. His auditis, Domi-
tianus nihil adversus illos asperius decrevit ; sed
vilitatem hominum aspernatus, liberos abire jussit;
missoque edicto, persecutionem adversus Ecclesiam
commotam compescuit. Illos vero ad hunc modum
Christi martyres simul ac propinquos ; et pace
vitam perduxisse.

III.

*De Symeonis Clopæ filii, Hierosolymorum episcopi martyrio. — Apud eundem Eusebium, Hist. Eccl.
lib. III, cap. 32.*

Ἀπὸ τούτων δηλαδὴ τῶν αἰρετικῶν, κατηγοροῦσι
τινες Συμεῶνος τοῦ Κλωπᾶ (55), ὡς ὄντος ἀπὸ Δα-
βὶδ καὶ Χριστιανοῦ. Καὶ οὕτως μαρτυρεῖ ἐτῶν ὡν
ἑκατὸν εἴκοσι, ἐπὶ Τραϊανοῦ Καίσαρος καὶ ὑπατικοῦ
Ἀττικοῦ (56). Φησὶ δὲ ὁ αὐτὸς (Ἠγγίσαιπος), ὡς ἄρα
καὶ τοὺς κατηγοροὺς αὐτοῦ, ζητούμενων τότε τῶν ἀπὸ
τῆς βασιλικῆς Ἰουδαίων φυλῆς, ὡσάν ἐξ αὐτῆς ὄντας,
ἀλῶναι συνέβη. Λογισμῶ δ' ἂν καὶ τὸν Συμεῶνα τῶν
αὐτοπτῶν καὶ αὐτηκόων εἴποι ἂν τις γεγονέναι τοῦ
Κυρίου, τεκμηρίω τῷ μῆκει τοῦ χρόνου τῆς αὐτοῦ
ζωῆς χρώμενος, καὶ τῷ μνημονεύειν τὴν τῶν Εὐαγ-
γελίων Γραφὴν Μαρίας τῆς τοῦ Κλωπᾶ· οὗ γεγονέναι
αὐτὸν (57), καὶ πρότερον ὁ λόγος ἐδήλωσεν. Ὁ δ' αὐ-
τὸς συγγραφεὺς καὶ ἑτέρους ἀπὸ γένους ἑνὸς τῶν
φερομένων ἀδελφῶν τοῦ Σωτῆρος, ᾧ ὄνομα Ἰούδας,
φησὶν εἰς τὴν αὐτὴν ἐπιθιῶναι βασιλείαν, μετὰ τὴν
ἤδη πρότερον ἱστορηθεῖσαν αὐτῶν ὑπὲρ τῆς εἰς τὸν
Χριστὸν πίστεως ἐπὶ Δομιτιανοῦ μαρτυρίαν. Γράφει
δὲ οὕτως· Ἄρχονται οὖν καὶ προηγούμενοι πάσης Ἐκ-
κλησίας ὡς μάρτυρες, καὶ ἀπὸ γένους τοῦ Κυρίου.
Καὶ γενομένης εἰρήνης βαθείας ἐν πάση Ἐκκλησίᾳ,
μένουσι μέχρι Τραϊανοῦ Καίσαρος· μέχρις οὗ ὁ ἐκ
θείου τοῦ Κυρίου (58) ὁ προειρημένος Συμεῶν υἱὸς
Κλωπᾶ, συκοφαντηθεὶς ὑπὸ τῶν αἰρέσεων (59), ὡς-
αὐτὸς κατηγορήθη καὶ αὐτὸς ἐπὶ τῷ αὐτῷ λόγῳ (60)
ἐπὶ Ἀττικοῦ τοῦ ὑπατικοῦ· καὶ ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας
αἰκίζόμενος, ἐμαρτύρησεν· ὡς πάντας ὑπερβα-

Ex eorum hæreticorum numero, quidam Symeo-
nem Clopæ filium detulerunt, quod ex stirpe Davi-
dis oriundus, et Christianus esset. Atque ita Syme-
on cum annos centum ac viginti natus esset,
martyrium subiit, principatu Trajani Augusti, At-
tico consulari legato Syriam administrante. *Idem
præterea scribit*, eos ipsos Symeonis accusatores,
cum tunc temporis omnes ex regia Judæorum tribu
oriundi sollicitè investigarentur, convictos esse,
quod ex ea stirpe originem ducerent. Porro hunc
Symeonem non absurde quis dixerit et spectatorem,
et auditorem Domini fuisse ; cum et diuturnitas vitæ
ipsius, et Evangeliorum fides id astruere videatur,
in quibus Maria quædam commemoratur Clopæ fi-
lia, cujus Symeonem filium fuisse, supra docui-
mus. Alios præterea nepotes unius ex Domini fra-
tribus, cui nomen erat Judæ, ad hoc usque Trajani
imperium vitam produxisse, idem scriptor refert,
cum jam antea sub Domitiano, ut diximus, Christi
fidem constanter professi fuissent. Sic autem scri-
bit : Adsunt, inquit, illi, et universæ Ecclesiæ
præsident, utpote martyres, et agnati Christi. Tan-
demque profunda pace Ecclesiæ restituta, ad Tra-
jani usque tempora superstites fuerunt ; donec Syme-
on supradictus Clopæ filius ejus, qui erat pa-
trus Domini, accusatus similiter ab hæreticis, et
ob eandem causam in jus vocatus est coram Attico

(55) Συμεῶνος τοῦ Κλωπᾶ. In codice Regio le-
gitur Σίμωνος, ut notavit etiam Robertus Step-
hanus. Hieronymus in Chronico hujus episcopi Hierosolymitani nomen duplici modo scribi testatur,
Symeonem scilicet, et Simonem. Idem habet Georgius Syncellus, et auctor *Chronici Alexandrini*.

(56) Καὶ ὑπατικοῦ Ἀττικοῦ. Id est, cum Atticus
esset legatus Syriæ. Solebant enim Syri horum
præsidentum nomine annos designare, ut constat ex
Josephi *Antiquitatibus*. Sed et in reliquis provin-
ciis, rectorum nomine tempora designari consue-
verant. Porro ex legatis Cæsaris alii erant consu-
lares, alii prætorii. Quocirca Atticus hic ὑπατικός
appellatur, ut eum consularem fuisse constet. Ex
his apparet male Rufinum vertisse : *Martyr effe-
ctus est, cum esset annorum centum xx, sub Trajano
Cæsare, apud Atticum consularem*. Græca Hegesippi
sic habent : Ἐτῶν ὡν ἑκατὸν εἴκοσι ἐπὶ Τραϊανοῦ
Καίσαρος, καὶ ὑπατικοῦ Ἀττικοῦ. Sed primo quidem
præpositio illa ἐπὶ, non significat *apud* ; verum id
tantum designat, Symeonem martyrio perfunctum
fuisse principatu Trajani, Attico Syriam admini-
strante ; deinde vox illa ὑπατικοῦ, non simpliciter
consularem denotat, sed legatum consularem, ut
dixi. Erant quidem ætate Rufini consulares, qui
Palæstinam regebant, ut ex *imperii Romani Notitia*
notissimum est. Verum hic magistratus diu post

Trajani tempora est institutus. Cæterum supra ci-
tatus Rufini locus in manuscripto codice biblio-
thecæ Regiæ ita perscribitur : *Martyr effectus est,
cum esset annorum centum xxv.*

(57) Οὗ γεγονέναι αὐτὸν. Nostri codices Maz.,
Med. et Fuk. vocem addunt hoc modo : Οὗ καὶ γε-
γονέναι αὐτὸν καὶ πρότερον ὁ λόγος ἐδήλωσεν.

(58) Ὁ ἐκ θείου τοῦ Κυρίου. Male Christophor-
sonus hæc verba accepit, quasi θείου adjectivum
esset, et subaudiretur γένους. Sed Langus qui Ni-
cephorum Latine interpretatus est, optime *patruum*
vertit. Clopas enim revera frater erat Josephi, ac
proinde patruus Christi. Quare Symeon Clopæ fi-
lius cognatus erat Domini, ut dicitur in capite 41
supra ; ubi male *consobrinum* vertit Musculus, et
Christophorsonus.

(59) Συκοφαντηθεὶς ὑπὸ τῶν αἰρέσεων. Cerin-
thianos et Nicolaitas intelligit auctor *Chronici
Alexandrini*, cui non assentior. Intelligit enim He-
gesippus sectas illas quæ tunc temporis Hierosoly-
mis vigeabant Phariseorum scilicet, Sadducæorum,
et alias, de quibus infra lib. iv, cap. 22.

(60) Ἐπὶ τῷ αὐτῷ λόγῳ. Id est quod Christi fidem
prædicaret, ut supra dixit ; et in libro iv, cap. 22,
ex Hegesippo : Μετὰ τὸ μαρτυρῆσαι Ἰακώβον τὸν
Δίκαιον ὡς καὶ ὁ Κύριος ἐπὶ τῷ αὐτῷ λόγῳ.

consulari; et per multos dies acerbissimis tormentis excruciat, fidem Christi constantissime professus est; adeo ut et consularis ipse, et omnes qui aderant, magnopere mirarentur, qua ratione vir centum ac viginti annos natus, tot tormenta perferre potuisset. Tandem vero sententia iudicis cruci suffixus est. *Post hæc idem scriptor res illa ætate gestas commemorans, addit* Ecclesiam ad hæc usque tempora instar cujusdam virginis, integram atque incorruptam permansisse; adhuc in obscuro recessu delitescens, quicumque rectam prædicationis evangelicæ regulam depravare niterentur. Sed postquam sacer apostolorum cœtus vario mortis genere extinctus est, effluxeratque jam ætas hominum illorum, qui divinam ipsam sapientiam suis auribus auscultare meruerant; tunc demum exorta est impii erroris conspiratio, fraude et malitia falsorum doctorum; qui utpote nullo amplius ex apostolis superstite, posthæc nudo, quod aiunt, capite adversus prædicationem veritatis adulterinam doctrinam obtrudere aggressi sunt.

A μάξειν, καὶ τὸν ὑπατικὸν, πῶς ἑκατὸν εἴκοσι τυγχάνων ἑτῶν, ὑπέμεινε. Καὶ ἐκελεύσθη σταυρωθῆναι. Ἐπὶ τούτοις ὁ αὐτὸς ἀνὴρ διηγούμενος τὰ κατὰ τοὺς δηλουμένους, ἐπιλέγει ὡς ἄρα μέχρι τῶν τότε χρόνων παρθένος (61) καθαρὰ καὶ ἀδιάφθορος ἔμεινεν ἡ Ἐκκλησία, ἐν ἀδύλῳ ποῦ σκότει φωλεύοντων εἰσέτι τότε τῶν, εἰ καὶ τινες ὑπῆρχον, παρασθεῖρουν ἐπιχειρούντων τὸν ὑγιῆ κανόνα τοῦ σωτηρίου κηρύγματος. Ὡς δ' ὁ ἱερὸς τῶν Ἀποστόλων χορὸς διάφορον εἰλήφει τοῦ βίου τέλος, παραληλύθει τε ἡ γενεὰ ἐκείνη τῶν αὐταῖς ἀκοαῖς τῆς ἐνθέου σοφίας ἐπακουσάτων κατηξιωμένων, τηνικαῦτα τῆς ἀθέου πλάνης τὴν ἀρχὴν ἐλάμβανεν ἡ σύστασις, διὰ τῆς τῶν ἐπεροδιδασκάλων ἀπάτης· οἱ καὶ ἄτε μηδενὸς ἔτι τῶν ἀποστόλων λειπομένου, γυμνῆ λοιπὸν ἦδὲ τῆ κεφαλῇ, τῆ τῆς ἀληθείας κηρύγματι τὴν ψευδώνυμον γνώσιν ἀντικηρύττειν ἐπεχείρουν.

B ut malitia falsorum doctorum; qui utpote nullo amplius ex apostolis superstite, posthæc nudo, quod aiunt, capite adversus prædicationem veritatis adulterinam doctrinam obtrudere aggressi sunt.

IV.

De tempore quo floruit ipsemet Hegesippus. — Apud eundem Eusebium, Hist. eccl. lib. iv, cap. 8.

Quibus cenotaphia, templaque extruxerunt, sicut nunc etiam fieri videmus. Ex quibus fuit Antinous servus Cæsaris Adriani, in cujus honorem certamen sacrum, quod Antinoium vocant, nostra etiam ætate celebratur. Nam et urbem Antinoo cognominem Adrianus condidit, et prophetas instituit.

(61) Μέχρι τῶν τότε χρόνων παρθένος. Hæc de Hierosolymorum Ecclesia specialiter dixerat Hegesippus, eam scilicet usque ad mortem Symeonis, id est usque ad Trajani tempora, virginem dictam esse. Verba Hegesippi habes infra in libro iv, cap. 22. Videtur autem Eusebius toti Ecclesiæ tribuisse id, quod de unica Hierosolymorum Ecclesia dictum fuerat ab Hegesippo. Porro tam Eusebii, quam Hegesippi, verba benigne intelligenda sunt. Certum est enim Ecclesiam catholicam semper integram atque intemeratam permanere, et castitatem ejus nullo modo ab hæreticis posse corrumpi. Hæretici quidem, utpote procaces et impuri atque adulteri veritatis eam corrumpere conantur. Verum illa fidem suam Christo integram servans, nefarios eorum conatus depellit. Itaque hæretici similes quodammodo sunt Ixioni, qui cum Junoni stuprum inferre voluisset, umbra ejus delusus est. Ita intelligendus est Tertulliani locus in libro *De præscriptione hæreticorum*: « Quid ergo dicent, qui illam stupraverint adullerio hæretico, virginem traditam a Christo? » Porro in codicibus nostris Mazar., Medic. et Fuk. scriptum habetur, ἀδιάφθορος ἔμεινεν, non autem, ut in Regio exemplari, et apud Nicephorum, ἔμεινεν.

(62) Οἷς καινοτάφια. Rectius apud Nicephorum in libro iii, cap. 26, legitur κενόταφια. Hieronymus in *Catalogo* sic vertit: *Tumulos etiam templaque fecerunt*. Rufinus vero sic interpretatur: *Quibus templa, imo potius sepulcra fecerunt*.

(63) Οὗ καὶ ἀγὼν ἄγεται Ἀντινόειος. Hic agon in honorem Antinoi ab Adriano institutus, quin-quennalis fuit; et Mantineæ in Arcadia celebrabatur, ut scribit Pausanias in *Arcadicis*. Male ergo Rufinus agonem annum de se adjecit. Ejusdem agonis meminit Tertullianus in libro *De corona*, cap. 13, ubi agonem illum coronarium fuisse testatur his verbis: « Hoc enim superest, ut Olympius Jupiter, et Nemeus Hercules, et misellus Archemo-

rus, et Antinous infelix in Christiano coronentur. » (64) Ὁ καὶ ἐφ' ἡμῶν γινόμενος. Hæc est scriptura codicis Regii, quem fere ubique secutus est Rob. Stephanus. Verum in tribus aliis, Maz., Med. et Fuket., hic locus ita legitur et distinguitur: Οὗ καὶ ἀγὼν ἄγεται Ἀντινόειος ἐφ' ἡμῶν γινόμενος. Quam quidem lectionem secutus videtur Rufinus, sic enim vertit: « Cui agones annui celebrantur, qui Antinoi appellantur, nostris adhuc temporibus, instituti. » Certe dubitari non potest, quin hæc lectio priori sit anteferenda. Id enim probare vult Eusebius, Hegesippum floruisse temporibus Adriani. Quod quidem ex eo concludit, quod Hegesippus testatur, certamen Antinoium sua ætate institutum fuisse. Quod si legamus cum Regio codice ὁ καὶ ἐφ' ἡμῶν γινόμενος, tum argumentatio Eusebii non valebit. Sensus enim hic erit, certamen Antinoium adhuc ætate Hegesippi celebratum fuisse. Ex quo tantum abest, ut concludi possit, Hegesippum vixisse imperante Adriano; quin potius illud consequitur, non nisi post obitum Adriani Hegesippum libros suos composuisse. Nam si principatu Adrian scripsisset Hegesippus, non utique diceret certamen Antinoium adhuc sua ætate actum fuisse: quippe cum Adrianus sub finem imperii sui agonem illum instituerit. Cæterum has voces ἐφ' ἡμῶν γινόμενος mallet referre ad vocem, Ἀντινόειος, et totum hunc locum ita construere: Ὁν ἔστι καὶ Ἀντινόειος, δοῦλος Ἀδριανοῦ Καίσαρος ἐφ' ἡμῶν γινόμενος, οὗ καὶ ἀγὼν Ἀντινόειος. Atque ita Hegesippi locum ab Eusebio acceptum esse pro certo habeo. Sane Justinus in *Apologetico* de hoc ipso Antinoo loquens sic ait: Καὶ Ἀντινόου τοῦ νῦν γενομένου.

C rus, et Antinous infelix in Christiano coronentur. » (64) Ὁ καὶ ἐφ' ἡμῶν γινόμενος. Hæc est scriptura codicis Regii, quem fere ubique secutus est Rob. Stephanus. Verum in tribus aliis, Maz., Med. et Fuket., hic locus ita legitur et distinguitur: Οὗ καὶ ἀγὼν ἄγεται Ἀντινόειος ἐφ' ἡμῶν γινόμενος. Quam quidem lectionem secutus videtur Rufinus, sic enim vertit: « Cui agones annui celebrantur, qui Antinoi appellantur, nostris adhuc temporibus, instituti. » Certe dubitari non potest, quin hæc lectio priori sit anteferenda. Id enim probare vult Eusebius, Hegesippum floruisse temporibus Adriani. Quod quidem ex eo concludit, quod Hegesippus testatur, certamen Antinoium sua ætate institutum fuisse. Quod si legamus cum Regio codice ὁ καὶ ἐφ' ἡμῶν γινόμενος, tum argumentatio Eusebii non valebit. Sensus enim hic erit, certamen Antinoium adhuc ætate Hegesippi celebratum fuisse. Ex quo tantum abest, ut concludi possit, Hegesippum vixisse imperante Adriano; quin potius illud consequitur, non nisi post obitum Adriani Hegesippum libros suos composuisse. Nam si principatu Adrian scripsisset Hegesippus, non utique diceret certamen Antinoium adhuc sua ætate actum fuisse: quippe cum Adrianus sub finem imperii sui agonem illum instituerit. Cæterum has voces ἐφ' ἡμῶν γινόμενος mallet referre ad vocem, Ἀντινόειος, et totum hunc locum ita construere: Ὁν ἔστι καὶ Ἀντινόειος, δοῦλος Ἀδριανοῦ Καίσαρος ἐφ' ἡμῶν γινόμενος, οὗ καὶ ἀγὼν Ἀντινόειος. Atque ita Hegesippi locum ab Eusebio acceptum esse pro certo habeo. Sane Justinus in *Apologetico* de hoc ipso Antinoo loquens sic ait: Καὶ Ἀντινόου τοῦ νῦν γενομένου.

D vixisse imperante Adriano; quin potius illud consequitur, non nisi post obitum Adriani Hegesippum libros suos composuisse. Nam si principatu Adrian scripsisset Hegesippus, non utique diceret certamen Antinoium adhuc sua ætate actum fuisse: quippe cum Adrianus sub finem imperii sui agonem illum instituerit. Cæterum has voces ἐφ' ἡμῶν γινόμενος mallet referre ad vocem, Ἀντινόειος, et totum hunc locum ita construere: Ὁν ἔστι καὶ Ἀντινόειος, δοῦλος Ἀδριανοῦ Καίσαρος ἐφ' ἡμῶν γινόμενος, οὗ καὶ ἀγὼν Ἀντινόειος. Atque ita Hegesippi locum ab Eusebio acceptum esse pro certo habeo. Sane Justinus in *Apologetico* de hoc ipso Antinoo loquens sic ait: Καὶ Ἀντινόου τοῦ νῦν γενομένου.

(65) Καὶ προφήτας. Hieronymus in *Catalogo* vertit: « Civitatemque ex ejus nomine condidit, et prophetas statuit in templo. » Rufinus vero adhuc fusius: « Nam et civitatem condidit ejus nomini Antinuum, et templum ei et sacerdotes instituit ac prophetas. » Sane in Græcis Hegesippi verbis aliquid necessario sup-

V.

De profectioe ad urbem Romam, et de sectis Judaicis. — Apud eundem Eusebium, Hist. Eccl., lib. iv, cap. 22.

Καὶ ἐπέμενον ἡ Ἐκκλησία ἡ Κορινθίων ἐν τῷ ὀρθῷ λόγῳ, μέχρι Πρίμου ἐπισκοπεύοντος ἐν Κορίνθῳ οἷς συνέμιξα πλείων εἰς Ῥώμην, καὶ συνδιέτριψα τοῖς Κορινθίοις ἡμέρας ἰκανὰς ἐν αἷς συνανηπάχημεν τῷ ὀρθῷ λόγῳ. Γενόμενος δὲ ἐν Ῥώμῃ, διαδοχὴν (66) ἐποιήσαμην (67) μέχρις Ἀνικίτου, οὗ διάκονος ἦν Ἐλεύθερος. Καὶ παρὰ Ἀνικίτου διαδέχεται Σωτήρ, μετ' ὃν Ἐλεύθερος. Ἐν ἐκάστη δὲ διαδοχῇ καὶ ἐν ἐκάστη πόλει οὕτως ἔχει, ὡς ὁ νόμος κηρύττει καὶ οἱ προφῆται καὶ ὁ Κύριος. Ὁ δ' αὐτὸς καὶ τῶν κατ' αὐτὸν αἱρέσεων τὰς ὀρθὰς ὑποτίθεται διὰ τούτων. Καὶ μετὰ τὸ μαρτυρῆσαι Ἰάκωβον τὸν Δίκαιον οἷς καὶ ὁ Κύριος ἐπὶ τῷ αὐτῷ λόγῳ, πάλιν ὁ ἐκ θεοῦ αὐτοῦ Συμεὼν ὁ τοῦ Κλωπᾶ καθίσταται ἐπίσκοπος, ὃν προσέθεντο πάντες, ὄντα ἀνεψιὸν τοῦ Κυρίου (68) δεύτερον. Διὰ τοῦτο ἐκάλουν τὴν Ἐκκλησίαν παρθένον (69) ὡπῶ γὰρ ἐφθόροτο ἡχοαῖς ματαίαις. Ἄρχεται δ' ὁ Θεόουλις (70) διὰ τὸ μὴ γενέσθαι αὐτὸν ἐπίσκοπον, ὑποφθεῖρην, ἀπὸ τῶν ἐκτὰ αἱρέσεων

plendum est. Nam ἐκτίσε προφῆτας Græcè vix dici potest. Sed meminisse debemus Hegesippum simplici admodum ac plebeio sermone scribere, ut hic etiam testatur Eusebius. Itaque Græca ejus verba interpretatione adjuvanda sunt. Frustra igitur Salmasius emendare aggressus est in notis ad historiam Augustam. pag. 41. Ubi etiam, quinam hic dicerentur prophetæ, non intellexit. Sciendum est igitur apud Ægyptios summum sacerdotem, qui reliquis sacerdotibus et pastophoris præesset, et qui templorum reditus cæteris distribueret, dictum esse prophetam Primus enim in templo procedebat cantor, deinde horoscopus, tum scriba, seu ἱερογραμματογράφος, postea vestitor, seu στολιστής; deinde novissimus incedebat propheta, hydriam in sinu gestans, ut docet Clemens Alexandrinus in libro sexto, pag. 269. Epiphanius in libro tertio *Adversus hæreses*: παρὰ δὲ Αἰγυπτίοις προφῆται καλούμενοι, τῶν ἀδύτων τε καὶ ἱερῶν ἀρχηγοί. Eorundem prophetarum meminit Philostratus in libro 1 *De vita Apollonii*, cap. 1, et Diogenes Laertius in Proœmio operis sui. Themistius in oratione 2, et Firmicus in libris *Matheseos* non semel. Clemens denique in libro 1 *Recognitionum* haud procul ab initio: « Ægyptum, inquit, petam, atque ibi hierophantis, vel prophetis, qui adytis præsent, amicus efficiar; et pecunia invitatum magum precabor, ut educat mihi animam de infernis. » Fuerunt etiam Idæi Jovis prophetæ in Creta, de quibus Porphyrius in libro 11 *De abstinentia*. Porro de prophetis Antinoi ab Adriano institutis mentio est in veteri inscriptione Græca, quam citavit Casaubonus in notis ad Spartianum. Adde his veterem inscriptionem, quam refert Gruterus pag. 314, ubi Embes quidam Ægyptius προφήτης dicitur, id est sacerdos Serapidis. Quare non mirum est, si Antinous ab Adriano consecratus prophetas habuit, quippe cum ab Ægyptiis præcipue coleretur. Cur autem Ægyptii prophetas vocarent antistites suos, hæc mihi causa esse videtur, quod arcana quædam sacra ac mysteria ab iis tradi crederent. Prophetæ enim dicuntur, quasi arcanorum interpretes. Habuit certe Antinous sacra sua ac mysteria, quibus initiabantur qui vellent. Testatur id Pausanias in *Arcadicis*: καὶ τελετὴ τε κατὰ ἔτος ἕκαστον, καὶ ἀγὼν ἐστὶν αὐτῷ διὰ ἔτους πέμπτου id est: « Et mysteria quotannis, et quinto quoque certaminain honorem ejus celebrantur. »

Et Corinthiorum quidem, inquit, Ecclesia in recta fide permansit usque ad Primum ejusdem loci episcopum: quocum familiariter collocutus sum, dum Romam navigarem; nec paucos dies versatus sum cum Corinthiis, mutuamque ex recta fide consolationem cepimus. Romam vero cum venissem mansi ibi apud Anicetum, cujus tum diaconus erat Eleutherus. Post obitum deinde Aniceti successit Soter, quem excepit Eleutherus. In singulis autem episcoporum successionibus, et per singulas urbes eadem manent, quæ per legem ac prophetas, et a Domino ipso prædicatas sunt. « Hæreseon quoque, quæ ætate sua exortæ sunt, initia idem scriptor exponit his verbis: » Postquam, inquit, Jacobus cognomento Justus martyrium perinde ac Dominus pertulit, ob ejusdem doctrinæ prædicationem; rursus frater patruelis Domini Symeon Clopæ filius, episcopus constituitur, cunctis uno consensu secundum antistitem illum renuntiantibus, eo quod cognatus Do-

(66) Διαδοχὴν ἐποιήσαμην. Savilius ad oram sui codicis pro διαδοχὴν, correxit διὰ τριβήν; utrum ex conjectura, an ex fide manuscripti exemplaris, incertum; utcunque tamen necessaria est hæc emendatio. Porro in cap. 11 hujus libri, ubi Eusebius hunc Hegesippi locum adduxit, paulo aliter hæc referuntur. Etenim Eusebius illic scribit, Hegesippum Romam adventasse temporibus Aniceti, et usque ad pontificatum Eleutheri in urbe Roma permansisse. Hegesippus tamen hoc loco id non dicit; sed tantum ait, se Romæ mansisse usque ad pontificatum Aniceti. Romam ergo venerat Hegesippus sub extrema Pii tempora.

(67) Διαδοχὴν ἐποιήσαμην. Pearsono minus probatur Valesii versio in dissert. 1 *De succes. Rom. episc.* pag. 24, num. 2. Nam, inquit, μέχρις Ἀνικίτου, nunquam apud Anicetum sonat. Sic igitur Hegesippi verba reddenda ipsemet contendit: « Romæ vero cum essem, successionem » (episcoporum) composui usque ad Anicetum, cujus diaconus erat Eleutherus; et Aniceto successit Soter, post quem Eleutherus. In omni autem successionem, et in omni civitate, res ita se habet, ut lex prædicat, et prophetæ, et Dominus. »

(68) Ἀνεψιὸν ὄντα τοῦ Κυρίου. Male Rufinus, cumque secuti Musculus et Christophorsonus, *consobrinum Domini* verterunt, cum potius fratrem patrualem vertere debuissent. Clopas enim et Josephus fratres fuerunt. Clopas Symeonis pater fuit, patruus autem Christi. Errant itaque Musculus et Christophorsonus qui θεῖον hoc loco avunculum interpretati sunt. Sed ineptissime Rufinus θεῖον pro adjectivo sumpsit. Vide quæ supra notavi ad caput 32 libri tertii.

(69) Διὰ τοῦτο ἐκάλουν τὴν Ἐκκλησίαν παρθένον. Melius legeretur μέχρι τούτου. Sic enim habet Eusebius in lib. 11, cap. 32, ubi hunc Hegesippi locum adducit.

(70) Ἄρχεται δ' ὁ Θεόουλις. In codice Reg., Maz. et Fuk. necnon apud Nicephorum legitur Θεόουλις. Rufinus *Theobutem* vertit, nominis asperitatem aliquantulum molliens. Sic pro Clopa idem Rufinus, et veteres fere omnes Cleopam dixerunt. In vetustissimo tamen Rufini codice, qui fuit olim in bibliotheca Parisiensis Ecclesiæ, scribitur *Theobutes* Cæterum in tribus codicibus Maz., Med. et Fuk., scriptum inveni ἄρχεται γὰρ ὁ Θεός.

mini esset. Et Ecclesiam quidem hactenus virginem vocabant, propterea quod vanis sermonibus nondum corrupta fuerat. Primus Thebutis, indigne ferens, quod minime creatus esset episcopus, eam occulte vitare est aggressus. Fuit hic e septem illis sectis in Judaico populo prosemminatis. Ex quibus fuit etiam Simon, a quo Simoniani fluxerunt; et Cleobius, a quo Cleobiani; et Dositheus, a quo Dositheani; et Gorthæus, a quo Gortheni; et Masbothæus, a quo Masbothæi sunt cognominati. Ex his etiam manarunt Menandriani, et Marcionistæ, et Carpocratiani, et Valentiniani, et Basilidiani, et Saturniliani, alique qui seorsum singuli proprias opiniones induxerunt. Ex iis orti sunt pseudochristi, pseudoprophetae, pseudoapostoli; qui adulteri-

(71) Ἀπὸ τῶν ἑπτὰ αἱρέσεων ὦν. Nicephorus ultimam vocem expunxit tanquam superfluum. Sic enim habet: Ἀπὸ τῶν ἑπτὰ αἱρέσεων καὶ αὐτὸς ἦν ἐν τῷ λαῷ. In codice Regio scriptum inveni: ὦν καὶ αὐτὸς ἦν ἐν τῷ λαῷ. Quod ferri potest si tollatur distinctio, quæ in omnibus nostris codicibus habetur. Atque ita sensus erit, primum Thebutem aggressum esse vitare Ecclesiam Hierosolymitanam, inducta pestilenti doctrina septem illarum Judaici populi sectarum, quibus ipse erat addictus. Melius tamen meo quidem iudicio legeretur hoc modo: Ἀπὸ τῶν ἑπτὰ αἱρέσεων ὦν καὶ αὐτὸς τῶν ἐν τῷ λαῷ. Quod idem valet ac si diceret: Thebutes errorem suum conflaverat ex septem illis sectis Judaici populi, perinde ac Simon, et Cleobius, et Dositheus.

(72) Καὶ Δοσίθεος, ὅθεν Δοσιθιανοί. Sunt tamen, qui scribant, hunc Dositheum multo antiquiorem fuisse. Certe, si Drusio credimus *Responsione ad Minerval Serarii* cap. 10, vixit hic Dositheus circa tempora Sennacheribi regis Assyriorum. Hieronymus in dialogo *adversus Luciferianos*: «Taceo de Judaismi hæreticis, qui ante adventum Christi legem traditam dissiparunt; quod Dositheus Samaritanorum princeps prophetas repudiavit; quod Sadducæi ex illius radice nascentes, etiam resurrectionem carnis negaverunt» Scaliger tamen in *Elencho Trihæresii*, cap. 13, Dositheum Christo recentiorem esse contendit; idque ex Origenis auctoritate, qui in lib. 1 *contra Celsum* diserte id affirmat. Sed et idem Origenes in tractatu 27, in *Matthæum*, Dositheum Samaritanum temporibus apostolorum vixisse scribit, qui se Christum esse jactaverit, et tomō xiii *Enarrationum in Evangelium Joannis*. Id autem hausisse videtur Origenes ex Clemente Romano, qui in lib. 11 *Recognitionum* de Simone Mago loquens, ita scribit: «Interfecto etenim, sicut scis et ipse, Baptista Joanne, cum Dositheus hæreseos suæ iniisset exordium cum triginta principalibus discipulis, et alia muliere quæ Luna vocitata est; unde et illi triginta, quasi secundum lunæ cursum in numero dierum positi videbantur; Simon hic malæ, ut diximus, gloriæ cupidus, accedit ad Dositheum, et, simulatis amicitiiis exorat ut, si quando aliquis ex illis triginta obiisset, in locum defuncti se continuo subrogaret; quia neque statutum numerum excedere apud eos fas erat, neque ignotum aliquem inserere, aut nondum probatum. Unde et ceteri studentes digni loco ac numero fieri, secundum sectæ suæ instituta placere per omnia gestiunt, quo possit unusquisque ex his qui illum numerum sequuntur, cum forte aliquis, ut diximus, decesserit, dignus videri qui in loco defuncti substitui debeat. Igitur Dositheus plurimis ab hoc exoratus, ubi locus intra numerum factus est, introduxit Simonem. Sed hic non multo post incidit in amorem mulieris illius, quam

ὦν (71), καὶ αὐτὸς ἦν ἐν τῷ λαῷ, ἀφ' ὧν Σίμων, ὅθεν οἱ Σιμωνιανοί· καὶ Κλεόβιος, ὅθεν Κλεοβιανοί· καὶ Δοσίθεος, ὅθεν Δοσιθιανοί (72)· καὶ Γορθαῖος, ὅθεν Γορθηιανοί (73), καὶ Μασθωθαῖος, ὅθεν Μασθωθαῖοι· ὅθεν ἀπὸ τούτων Μενανδριανισταὶ (74), καὶ Μαρκιωνισταὶ, καὶ Καρποκρατιανοί· καὶ Οὐαλεντινιανοί, καὶ Βασιλειδιανοί, καὶ Σατορνιλιανοί· ἕκαστος ἰδίως καὶ ἐτέρως ἰδίαν δόξαν παρεισήγαγεν (75). Ἀπὸ τούτων ψευδοχριστοὶ, ψευδοπροφήται, ψευδαπόστολοι· οἵτινες ἐμέρισαν τὴν ἔνωσιν τῆς Ἐκκλησίας φθοριμαίους λόγους κατὰ τοῦ Θεοῦ καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ. Ἔτι δὲ ὁ αὐτὸς καὶ τὰς παλαιὰς γεγεννημένας παρὰ Ἰουδαίοις αἱρέσεις ἱστορεῖ λέγων· Ἦσαν δὲ γυνώματι διάφοροι ἐν τῇ περιτομῇ ἐν υἱοῖς Ἰσραὴλ τῶν κατὰ τῆς φυλῆς Ἰούδα (76) καὶ τοῦ Χριστοῦ αὐταί·

Lunam vocant, » etc. Ex quibus patet Dositheum iisdem cum Simone vixisse temporibus. De Dosithei ætate idem quoque sentit Enlogius patriarcha Alexandrinus, ut legitur in *Bibliotheca Photii* cod. 230, eique sententiæ suffragatur Hegesippus in loco quem præ manibus habemus.

(73) Ὅθεν Γορθηιανοί. Rectius apud Nicephorum in cap. 7 libri 14: Καὶ Γορθαῖος, ὅθεν Γορθηιανοί· καὶ Μασθώθεος, ὅθεν Μασθωθεανοί· ἀπὸ τούτων Μενανδριανισταὶ, etc. Quam emendationem confirmat Rufini interpretatio. In codice Regio, Maz., Fuk. et Savil. Γορθηιανοί: apud Eriphanium in *Ancorato* Γορθηιανοί dicuntur: in *Panario* autem Γορθηιανοί. Porro has hæreses ex septem Judaici populi sectis originem traxisse, recte Hegesippus observat. Nam Simoniani, Dositheani, Gortheni, et reliqua errorum nomina, nihil aliud fuerunt, quam rivi ex Judaicis illis fontibus desipientes. At Theodoritus in libro 1 *Hæreticarum fabularum*, cap. 1, has omnes hæreses ex Simonis fonte fluxisse dicit, Cleobianos scilicet, Dositheanos, Gorthenos, Masbotheos, Menandrianos, Eutyctitas et Canistas: Ἐκ τῆς δὲ τῆς πικροτάτης ἀνεφύθησαν δόξης Κλεοβηνοί, Δοσιθεανοί, Γορθηνοί, Μασθώθεοι, Ἀδριανισταί, Ἐβουχρηταί, Κανιστάι. Sed cum constet, ipsam Simonianam hæresim ex Judaicis sectis originem habuisse, rectius dixisset Theodoretus, eas omnes ex Judaicis sectis fuisse propagatas; maxime cum quædam illarum hæreseon Simoniana vetustiores esse videantur, verbi gratia Gorthena et Dositheana.

(74) Ὅθεν ἀπὸ τούτων Μενανδριανισταὶ. Prima vox deest in codice Regio, et apud Nicephorum, rectius sine dubio. Cæterum in codice Maz., Med. et Fuk. pro Menandrianistis scriptum est Ἀδριανισταί; quomodo etiam legitur apud Theodoretum in lib. 1 *Hæreticarum fabularum*, ut supra vidimus. Rufinus Menandrianos vertit.

(75) Παρεισήγαγεν. Ita correxit Robertus Stephanus, cum in omnibus exemplaribus constanter legatur: παρεισήγαγαν. Qui barbarismus non alienus est ab Hegesippo. In codice tamen Fukeiano scriptum inveni, παρεισήγαγησαν. Apud Nicephorum vero legitur, παρεισήγαγον, quod magis probo.

(76) Ἐν υἱοῖς Ἰσραὴλ τῶν κατὰ τῆς φυλῆς Ἰούδα. In codice Maz., Med. et Fuk. scriptum inveni, ἐν υἱοῖς Ἰσραὴλ ἢ τῶν κατὰ τῆς φυλῆς Ἰούδα, etc., quod quid sibi velit, nescio; nisi forte ita emendare placet, ἐν υἱοῖς Ἰσραηλιτῶν κατὰ τῆς φυλῆς Ἰούδα. Vulgata tamen lectio magis placet, quam et Regius codex, et Nicephorus confirmant. Videtur autem Hegesippus, tribum Judæ ab his omnibus Judaici populi sectis puram ac vacuum existimasse, ita ut nullus e tribu Judæ, Essenorum, aut Sadducæorum, aut Phariseorum sectam secutus sit. Quod tamen nequaquam verisimile est.

Ἐσσαῖον (77), Γαλιλαῖοι (78), Ἡμεροβαπτισταί, Μασθοθαῖοι (79), Σαμαρεῖται (80), Σαδδουκαῖοι, Φαρισαῖοι.

Idem apud Judæos invaluerunt, recenset his verbis: Erant, inquit, diversæ sectæ atque sententiæ in circumcissione, inter filios Israel adversus tribum Judæ, et adversus Christum: Essæi scilicet, Galilæi, Hemerobaptistæ, Masbothæi, Samaritæ, Sadducæi, Pharisei.

VI.

Ex libro v Commentariorum: — Ex Stephano Gobaro apud Photium cod. ccxxxii, col. 893.

Ὅτι τὰ ἡτοιμασμένα τοῖς δικαίοις ἀγαθὰ οὐτε ὀφθαλμὸς εἶδεν, οὐτε οὖς ἤκουσεν, οὐτε ἐπὶ καρδίᾳ ἀνθρώπου ἀνέβη. Ἡγήσιππος μὲν τοι, ἀρχαῖός τε ἀνὴρ καὶ ἀποστολικὸς, ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν

*Quod bona quæ præparata sunt justis, nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt*¹. Quamquam Hegesippus, vir antiquus et apostolicus, libro quinto *Commentariorum*, haud scio

¹ I Cor. ii, 9; Isa. xlv, 4.

Sed hoc ab Hegesippo dictum est in gratiam tribus Judæ, ex qua Christus originem duxit. Omnes igitur illas Judaismi hæreses viguisse ait, apud reliquas decem tribus, quæ proprio ac peculiari vocabulo Israel dicebantur, post divisionem regni Judæorum Roboami temporibus factam. Certè tribus Judæ in libris prophetarum Ecclesiæ personam denotat: decem vero tribus referuntur ad hæreticos, quorum maxima est multitudo, ut scribit Hieronymus in caput i Osee.

(77) Ἐσσαῖοι, Γαλιλαῖοι, etc. Hæ sunt septem hæreses Judaici populi, quarum frequenter mentionem facit Hegesippus, ut in libris superioribus vidimus. Sed et Justinus in disputatione adversus Tryphonem totidem recenset hæreses Judæorum, sed eas aliis nominibus appellat. Verba Justini sunt hæc: ὡς περ οὐδὲ Ἰουδαίους ἂν τις ὀρθῶς ἐξετάσῃ, ὁμολογήσειεν εἶναι τοὺς Σαδδουκαίους, ἢ τὰς ὁμοίας αἰρέσεις, Γενιστῶν, καὶ Μαριστῶν, καὶ Γαλιλαίων, καὶ Ἑλληγιανῶν, καὶ Φαρισαίων, καὶ Βαπτιστῶν. Sicut neque Judæos, si quis ree perpendit, dicat esse Sadducæos, aut ejusmodi hæreses, Genistarum et Meristarum, Galilæorum et Hellenianorum, Phariseorum et Baptistarum. Epiphanius quoque septem Judaismi hæreses agnoscit. Sed eas ita nominat: Scribas, Phariseos, Sadducæos, Essæos, Nazaræos, Hemerobaptistas, Herodianos. In *Indiculo hærescon*, qui tribuitur B. Hieronymo, decem numerantur hæreses Judæorum. Qui locus quoniam illustris est, hic meretur apponi.

I. « Efinei dicunt, Christum docuisse illos omnem abstinentiam.

II. « Galilæi dicunt, Christum venisse et docuisse eos, ne dicerent dominum Cæsarem neve ejus monerent uterentur.

III. « Marbonei dicunt, ipsum esse Christum, qui docuit illos in omni re sabbatizare.

IV. « Pharisei negant Christum venisse, nec ulla in re cum prædictis communicant.

V. « Sadducæi negant resurrectionem dicentes: Dictum est ad Adam: Terra es, et in terram ibis.

VI. « Genistæ præsumunt, quoniam de genere Abrahamæ sunt.

VII. « Meristæ, quoniam separant Scripturas, non credentes omnibus prophetis, dicentes aliis et aliis spiritibus prophetasse.

VIII. « Samaritæ, qui in locum Israel captivo et abducto in Babyloniam, translati sunt. Venientes in terram Samariæ regionis ex parte Israelitarum, consuetudinem quam sacerdote reducto didicerunt tenent; ex parte gentilem, quam in nativitate suæ terra habuerunt. Nam in observationibus suis a Judæis omnino separantur, quorum superstitionis procul dubio omnibus nota est.

IX. « Herodiani. Temporibus Salvatoris hæc hæresis exsurrexit. Hi Herodem magnificabant dicentes, ipsum esse Christum.

X. « Hemerobaptistæ, qui quotidie et corpora sua, et domum, et supellectilem lavant. »

Apud Isidorum in lib. viii, *Originum* octo numerantur hæreses. Pharisei scilicet, Sadducæi, Efinei, Morbonei, Genistæ, Meristæ, Samaritæ et Hemerobaptistæ. Denique Clemens in lib. i *Recognitionum* quinque duntaxat sectas Judæorum recenset, quæ schismata appellat: Sadducæos scilicet, Samaritas, Scribas, Phariseos, et quosdam ex Joannis Baptistæ discipulis. « Cum enim, inquit, jam immineret ortus Christi, ad sacrificia quidem reprimenda, baptismi vero gratiam largiendam, inimicus ex his quæ prædicta fuerant, adesse tempus intelligens, diversa schismata operabatur in populo, ut si forte prius peccatum potuisset aboleri, secunda corrigi culpa non posset. Erat ergo primum schisma eorum, qui dicebantur Sadducæi, initio Joannis jam pene temporibus sumpto. Hicque ut cæteris justiores, segregare se cœpere a populi cœtu, et mortuorum resurrectionem negare, » etc. Sed et paulo post idem Clemens non plures, quam quinque prædictas numerat sectas Judæorum. Mirabitur fortasse aliquis, cur inter has sectas Essæos prætermiserit. Cujus rei nullam aliam rationem excogitare possumus, nisi quod veteres Ecclesiæ Patres Essæis supra modum faverunt.

(78) Γαλιλαῖοι. Hos quoque inter Judæorum hæreticos recensent Justinus et Hieronymus. Auctor ac princeps hujus sectæ fuit Judas Galilæus, qui post exilium regis Archelai, cum Romani in Judæa censum agere vellent, populares suos ad retinendam pristinam libertatem excitavit: et quartam sectam invexit Galilæorum, ut scribit Josephus in libro ii *De bello Judaico*.

(79) Μασθοθαῖοι. In tribus nostris codicibus Maz., Med et Fuket. legitur Μασθῶθεοι accentu in antepenultimam syllabam rejecto. In *Indiculo* Hieronymi Marbonei dicuntur; apud Isidorum vero Morbonei. Cæterum hi Masbothæi distinguendi sunt ab illis, quorum paulo ante meminuit Hegesippus. Hi enim erant ex septem sectis Judaici populi quæ circa Christi tempora exortæ sunt. Illi vero ex septem illis Judæorum sectis propagati sunt, perinde ac Simoniani, Dositheani atque Gortheni. Mihi quidem mendum subesse videtur in alterutro Hegesippi loco. Apud Rufinum Masbuthei dicuntur illi inter Judaicas sectas quarto loco numerati. Alii vero ex illis prognati sectis dicuntur Masbutheani. Sic enim scribitur in optimo codice Parisiensis Ecclesiæ.

(80) Σαμαρεῖται. Rectius Epiphanius Samaritas a Judæis distinxit; et Judæorum quidem septem hæreses recensuit, Samaritanorum vero quatuor. Hegesippum tamen secuti sunt Hieronymus, seu quisquis est auctor *Indiculi*, Isidorus, Honorius Augustodunensis et alii, qui Samaritas inter Judæorum hæreses relulerunt, late scilicet sumentes nomen Judæorum. Atque ita sensisse videtur Hegesippus, cum ait: Ἦσαν δὲ γινῶμαι διάφοροι ἐν τῇ

quid in animo habens (aut quam ratione permotus), frustra hæc dici ait; et eos qui hæc loquuntur, mentiri adversus sacram Scripturam, et contra Dominum dicentem: *Beati oculi vestri qui vident, et aures vestræ quæ audiunt*², etc.

A Ὑπομνημάτων, οὐκ οἶδα ὅτι καὶ παθῶν (81) μάλιστα τὴν μὲν εἰρησῆσαι ταῦτα λέγει, καὶ καταψεύδουσαι τοὺς ταῦτα φαμένους, τῶν τε θείων Γραφῶν, καὶ τοῦ Κυρίου λέγοντος· Μακάριοι οἱ ὀφθαλμοὶ ὑμῶν οἱ βλέποντες, καὶ τὰ ὦτα ὑμῶν τὰ ἀκούοντα, καὶ τὰ ἑξῆς.

VII.

Apud Georgium Syncellum, in Chronograph., pag. 344.

Hujus (Clementis) germanam ad Corinthios epistolam, quasi a Romana Ecclesia, tumultus cujusdam Corinthi exorti occasione scriptam, ab Ecclesia vulgo recipi, et coram publice legi, auctor est Hegesippus.

² Matth. xiii, 16.

περιτομῆ. Sed quod subjicit, ἐν υἱοῖς Ἰσραὴλ, id jam excusari non potest, cum Samaritani nunquam pro filiis Israel habiti fuerint.

(81) Οὐκ οἶδα ὅτι καὶ παθῶν. Cotelerius, cujus versionem sexti hujus fragmenti utpote exactiorem protulimus, in notis ad *Constit. apost.* lib. vi, cap. 16, ad hunc locum hæc habet: Quia, teste Hieronymo in Isaiaë LXIV, 4, legebatur in opere apocrypho inscripto *Ascensio Isaiaë*, quod ab Apostolo citatur I Cor. ii, 9: *Quod oculus non vidit*, etc., accusat autem Hegesippum Stephanus Gobarus Tritheita apud Photium, quod hoc esse falsum pu-

τούτου (Κλήμεντος) ἐπιστολὴ μία γνησίᾳ Κορινθίοις φέρεται, ὡς ἀπὸ τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας γραφεῖσα, στάσεως ἐν Κορίνθῳ συμβάσης τότε, ὡς μαρτυρεῖ Ἡγήσιππος, ἧτις καὶ ἐκκλησιάζεται.

B

taverit: suspicari quis posset ita factum ab Hegesippo in contemptum voluminis apocryphi. Verum aliter ego conjicio, ac Hegesippum culpa carere arbitror; ut qui non neget verum aliquando existisse, ea quæ Deus suis præparavit, invisæ esse, inaudita et incognita: sed qui velit, amplius verum non esse post incarnationem et missionem sancti Spiritus; subjungente Paulo: *Nobis autem revelavit Deus per Spiritum sanctum*; atque Hegesippo confirmante sententiam suam per testimonium Matth. xiii. Hactenus vir doctissimus.

PANTÆNUS

NOTITIA.

(ROUTH, *Reliquiæ sacræ*, Oxonii, 1814, I, 337.)

S. HIERONYMUS, libro *De viris illustribus*, cap. 36.

Pantænus, Stoicæ sectæ philosophus, juxta quamdam veterem in Alexandria consuetudinem, ubi (1) a Marco evangelista semper ecclesiastici fuere doctores: tantæ prudentiæ et cruditionis tam in Scripturis divinis, quam in sæculari litteratura, ut in Indiam quoque rogatus ab illius gentis legatis a Demetrio Alexandriae episcopo mitteretur (2). Ubi reperit Bartholomæum de duodecim apostolis adventum Domini nostri Jesu Christi juxta Matthæi Evangelium prædicasse, quod Hebraicis litteris scriptum (3), revertens Alexandriam secum detulit (4). Hujus multi quidem in sanctam Scripturam exstant commentarii, sed magis viva voce Ecclesiis profuit. Docuitque sub Severo (5) et Antonino cognomento Caracalla.

(1) Habet Eusebius, lib. v *Hist.* cap. 10: Ἐξ ἀρχαίου ἔθους διδασκαλείου τῶν ἱερῶν λόγων παρ' αὐτοῖς συνέστῶτος. FABRICIUS. Cæterum Origenes in epistolæ fragmento ab Eusebio lib. vi, cap. 19, conservato, in quo se defendit adversus eos qui nimium studium erga Græcorum disciplinas sibi obijecerant, Pantæni et Heraclæ hujus scholæ præfectorum exempla appellans: Τοῦτο δὲ πεποιτήκαμεν, inquit, μιμησάμενοι τε τὸν πρὸ ἡμῶν πολλοὺς ὠφελησάντα Πάνταινον, οὐκ ὀλίγην ἐν ἐκείναις ἐσχτήκοτα πηρασκευήν, καὶ τὸν νῦν ἐν τῷ πρεσβυτερίῳ χαθεζόμενον Ἀλεξανδρέων Ἡρακλᾶν.

(2) Haud diserte ait Eusebius, Pantænum a Demetrio episcopo in Indiam missum fuisse, sed statim post Juliani prioris episcopi commemorationem profectionem ejus narrat; sed tamen ea poterat illo tempore accidere, quod Hieronymus signavit.

(3) Non ait Eusebius Evangelium Matthæi Hebraicis scriptum litteris Alexandriam relatum a Pantæno, sed tantum a Bartholomæo traditum Indis, et ad Pantæni usque ætatem ibi servatum. FABR. — Cl. P. Paulinus a S. Bartholomæo in *India orientali Christiana*, p. 142: « Effigiem S. Thomæ apostoli et Pantæni presbyteri scholæ Alexandrinæ præfecti ex valvis æneis Basilicæ S. Pauli, via Ostiensi, Con-

stantinopoli anno Christi 1070, sub consule Pantaleone scalpro incisus exhibet Ciampinius in opere inscripto: *Vetera monumenta*, part. i, cap. 4, p. 38, quadr. xxvii. Pantænus dextra manu tenet Evangelium S. Matthæi, quod ipse primus post S. Thomam Indis prædicavit; et S. Thomæ martyrium in India hac Græca epigraphe inscribitur:

« Ὁ ΔΓΙΟΣ ΘΩΜΑΣ ΑΟΧΙ (for. ΑΟΠΙ) ΥΠΟ

« ΗΝΔΙΑ ΤΕΛΗΘΥΤΕ.

• S. Thomas lancea in India.

« Moritur.

« Confer Blanchini *Demonstr. Hist. Eccl. Monum. Comp.* Tab. iii, sæculi ii, num. 40 et 4. »

(4) Non videtur Hieronymus scripta aliqua Pantæni evolvisse, sed tantum exprimere voluisse Eusebii verba, quibus tamen nullorum in sanctam Scripturam commentariorum mentio: Ζώσῃ φωνῇ καὶ διὰ συγγραμμάτων τοὺς τῶν θείων δογμάτων θεταροὺς ὑπομνηματιζόμενος. Rufin.: *Tam viva voce discipulos instruens, quam librorum monumentis etiam posteris thesauros scientiæ derelinquens.* FABRIC. Attamen vera mihi quidem interpretatio Hieronymi videtur.

(5) Ex Eusebio colligas jam sub Commodio clarum Pantæni in schola Alexandrina nomen fuisse. Nam